


BIBLIOTECA
NAZIONALE
VITT. EMAN.
SALA
DI STUDIO
31
5 31

COLECCION

DE

DOCUMENTOS INÉDITOS DEL ARCHIVO GENERAL

DE LA

CORONA DE ARAGON,

PUBLICADA DE REAL ÓRDEN

POR

SU ARCHIVERO,

D. Manuel de Bofarull y de Sartorio.

TOMO XXXI.



PROCESO

CONTRA EL REY DE MALLLORCA D. JAIME III,

MANDADO FORMAR

POR EL REY D. PEDRO IV DE ARAGON.

PUBLICADO DE REAL ÓRDEN

POR

D. MANUEL DE BOFARULL Y DE SARTORIO,

Archivero de la Corona de Aragon.



Tomo III.





BARCELONA.

EN LA IMPRENTA DEL ARCHIVO.

1866.



Die autem dominica subsequenti intitulata VIII kalendas augusti anno predicto idem dominus Rex constituit et ordinavit procuratorem suum ad ca que inferius sunt expressa Berengarium de Vilarasa de domo sua cum littera sigillo secreto ipsius domini Regis sigillata cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone et Rossilionis. Tenore presentis ordinamus facimus et constituimus procuratorem nostrum certum et spetialem vos fidelem de domo nostra Berengarium de Vilarasa ad recipiendum pro nobis et nomine nostro ab universis et singulis hominibus locorum existentium in terrris Confluentis homagium et fidelitatis juramentum. Dantes et concedentes vobis dicto Berengario ple-

nariam potestatem predicta faciendi. Et de homagiis que recipietis et fidelitatis juramentis faciendi fieri publicum seu publica instrumenta. Promitentes nos gratum ratum et firmum perpetuo habituros quicquid per vos super eis actum fuerit et nullo tempore revocare. In cujus rei testimonium presentem et sigillo nostro secreto jussimus muniri. Datum Perpiniani VIII kalendas augusti anno Domini MCCC quadragesimo quarto. A. vicecancellarius.

Preterea ordinatis et constitutis diversis procuratoribus per eundem dominum Regem ad recipiendum homagia nomine suo a personis singularibus dicte ville Perpiniani et ab aliis personis singularibus villarum et locorum Rossilionis et Ceritanio Vallispirii et Confluentis in certa forma ordinata per ipsum dominum Regem et tradita procuratoribus memoratis die lune intitulata IIII kalendas augusti anno predicto Millesimo CCC quadragesimo quarto idem dominus Rex existens personaliter in quadam aula castri regii antedicti processit ad recipiendum homagia et juramenta a nobilibus designatis inferius quos citaverat cum suis litteris ea causa ut apparet in registris regiis de eisdem de quibus homagiis et juramentis fuerunt facta publica instrumenta quorum tenores hic inserti mandato dicti domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto kalendas augusti anno Domini Millesimo CCC quadra-

gesimo quarto serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam magna camera sive aula sui castri Perpiniani personaliter existente in presentia nobilium Petri domini de Exericha et Petri de Montecatheno ammirati ac venerabilium Petri Jordani Durries militis camerarii Ferrerii de Villafrancha consiliarii Jacobi de Vedrinyanis et Jacobi de Faro jurisperitorum auditorum curie ejusdem domini Regis ac plurium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum ac Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et notarii infrascripti nobilis Ademarius de Maseto fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam comiti et domino Rossilionis et tanquam domino ac comiti Ceritanie ac terrarum Vallispirii Confluentis et Cauquiliberi pro feudis videlicet que pro ipso domino Rege tenet in terris et comitatibus supradictis. Et dictus dominus Rex confestim investivit eundem nobilem per traditionem unius ensis de feudis predictis juribus feudalibus suis salvis de quibus omnibus supradictis tam ad mandatum ipsius domini Regis quam ad requisitionem nobilis memorati fuerunt facta duo publica instrumenta alterum remanendum penes ipsum dominum Regem et alterum tradendum nobili memorato.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam

terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui et hec scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto kalendas augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto serenissimo ac magnifico principe e domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam magna camerà sive aula sui castri Perpiniani in presentia nobilium Petri domini de Exericha et Petri de Montecatheno ammirati ac venerabilium Petri Jordani Durrics militis camerarii Ferrarii de Villafrancha consiliarii Jacobi de Vedrinyanis et Jacobi de Faru jurisperitorum auditorum curie ejusdem domini Regis ac plurium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum ac Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et notarii infrascripti nobilis Johannes de Sono vicecomes de Evolo fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangelis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tamquam comiti et domino Rossilionis et tanquam etiam domino et comiti Ceritanie ac terrarum Vallispirii Confluentis et Cauquiliberi pro feudis videlicet que pro ipso domino Rege tenet in terris et comitatibus supradictis. Et dictus dominus Rex confestim investivit eundem nobilem per tradicionem unius ensis de feudis predictis juribus feudalibus suis salvis de quibus omnibus supradictis tam ad mandatum dicti domini Regis quam ad requisitionem nobilis memora-

ti fuerunt facta duo publica instrumenta alterum remanendum penes ipsum dominum Regem et alterum tradendum nobili memorato. Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Subsequenter die lune intitulata IIII nonas augusti anno proxime dicto inferius nominati fecerunt ac prestiterunt ipsi domino Regi homagiun et juramentum cum publicis instrumentis de mandato ejusdem domini Regis insertis inferius quorum tenores sequntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto nonas augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori castri Perpiniani personaliter existente in presentia nobilium Petri domini de Exericha et Petri de Montecatheno ammirati ac venerabilium Petri Jordani Durries camerarii Ferrarii de Villafrancha militum consiliariorum Jacobi de Vedrinyans Jacobi de Faro jurisperitorum auditorum curie ejusdem domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum ac mei Francisci Fuxi notarii infrascripti nobilis Berengarius de Castronovo fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fide-

litatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis ac cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Conflentis Vallispirii Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Berengarius tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem dominum Berengarium de dictis feudis per ensis traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis de quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum ejusdem domini Regis quam ad requisitionem dicti Berengarii fuerunt facto duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Berengario ad memoriam premissorum. Que fuerunt facta die et anno predictis presentibus testibus supradictis. Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ipsius. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens scribi feci cum raso et emendato in linea IIII ubi dicitur consiliariorum Jacobi de Vedrinyans et clausi.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto nonas augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sadinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori castri Perpiniani personaliter existente in presentia nobilium Petri do-

mini de Exericha et Petri de Montecatheno ammirati ac venerabilium Petri Jordani Durries camerarii Ferrarii de Villafrancha militum consiliariorum Jacobi de Vedrinyans Jacobi de Faro jurisperitorum auditorum curie ejusdem domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum nec non Francisci Fuxi notarii infrascripti Arnaldus de Millars dominus de Balines fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comili Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Arnaldus tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Arnaldum de dictis per capucii traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis de quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum ejusdem domini Regis quam ad requisitionem dicti Arnaldi fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Arnaldo ad memoriam premissorum. Que fuerunt acta die et anno predictis presentibus testibus supradictis. Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui caque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea quinta ubi dicitur militum consiliariorum et in IX ubi continetur Guillermus et clausi.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto nonas augusti. anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in aula majori Castri Perpiniani personaliter existente in presencia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum Pauquetus de Pulcro castro domicellus Guillermus den Miles Jaubertus de Fontibus Guillermus de Podio Dalmacius de Tacione Guillermus Dalanya Arnaldus Stephani Dalmacius Tornaboix Raimundus de Mudafas Guillermus de Talthauyl Arnaldus de Sancto Paulo et Arnaldus de Millars fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis juramentum Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino Regi quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domino Regi se ipsos et

successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda presentibus nobilibus Petro domino de Exericha Petro de Montecatheno ammirato et venerabilibus Petro Jordani Durriés camerario Ferrario de Villafrancha militibus consiliariis dicti domini Regis Jacobo de Vedrinyans et Jacobo de Faro auditoribus curie ejusdem domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibrs spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto nonas augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori castri Perpiniani personaliter existente in presentia nobilium Petri domini de Exericha et Petri de Montecatheno ammirati ac venerabilium Petri Jordani Durrics camerarii Ferrarii de Villafrancha militum consiliariorum Jacobi de Vedrinyans Jacobi de Faro jurisperitorum auditorum curie ejusdem domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti nobilis Petrus de Queralto fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis

per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis. Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Petrus tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Petrum de dictis feudis per ensis traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis. De quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum ejusdem domini Regis quam ad requisitionem dicti Petri fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Petro ad memoriam premissorum. Que fuerunt acta die et anno predictis presentibus testibus supradictis. Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea V ubi dicitur nec non mei et clausi.

Et eadem die ibidem in posse dicti Francisci Fuxi inferius nominati fecerunt cum publicis instrumentis dicto domino Regi consimilia homagia et juràmenta inferius nominati pro feudis que tenent pro eodem domino Rege videlicet.

Nobilis Petrus de Fonolleto vicecomes Insule.
Nobilis Raimundus vicecomes de Caneto.

Nobilis Poncius de Caramanno.
Venerabilis Guillermus Den.

Et nichilominus ipsa eadem die lune procuratores et sindici universitatis loci de Bastida citati per dictum dominum Regem cum littera sua comparuerunt ante conspectum et presentiam ipsius domini Regis et eidem obtulerunt quoddam publicum instrumentum procurationis et sindicatus jam dicti cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Pateat universis. Quod die et anno subscriptis universitas de Bastida congregata in dicto loco de Bastida in presentia notarii subscripti et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes videlicet Berengarius de Civeraco Arnaldus Caramanys Arnaldus a la Seu Petrus Caminerii Bernardus Oliverii Jacobus Nogerolli Johannes Nuri Guillermus Castany Raimundus Castany Guillermus Borde Anthonius Beç Petrus de Ribera Petrus Eybrini Marchus Coste Guillermus Guinestera Bernardus Martini Guillermus de Nogereda Petrus Martini Petrus Comalli Petrus Campi Poncius Solani Petrus Ruyre Petrus Puyolli Berengarius Claperes Jacobus Arçios Franciscus Ruyre Franciscus Arçios Guiliermus Autzine Bernardus Estranen Guillermus Manncti Petrus de Carades Perpinianus Mas Marchus Colomerii Bartholomeus Codaleti Petrus Mossoni Jacobus Coste Bernardus Serrac Bernardus

Nogerolli Petrus Jaufredi de Vilarcau Raimundus Vergerii Petrus Genebreti et generaliter omnes habitantes sub bajulivo de Bastida gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Petrum Preses Petrum Vilarcau et Petrum de Nogereda dicti bajulivi presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quilibet ipsorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo principe et potentissimo domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice et nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prosentandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice et nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicut fideles homines et subjecti debent et tenentur portare

suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere possent in premissis et in quolibet premissorum etiam si mandatum exigant spetiale et si sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum quoniam dicta universitas promissit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii subscripti stipulantis et exhigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem obligarunt omnia bona sua et dicte universitatis presentia et futura. Quod fuit actum et laudatum in dicto loco de Bastida vicesima quarta die mensis julii

anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Testes vocati et rogati hujus rei sunt Berengarius Jaufridi rector eccl sie Sancti Michaelis de Bastida Guillermus Gauc rii rector ecclesie Sancti Saturnini de Bu a su ieriori Jaco'us Lausse presbiter de Rigerdano et B rnardus F rrarii de Utracalmo.

Eg o Petrus Calun notarius publicus honoris de Corsavino auctoritate illustrissimi principis domini nostri Re is Aragonu n hec requisitus scripsi et meo solito propio Sig no signavi.

Virtute cujus et potestatis eis atribute in dicto procurationis instrumento eidem procuratores sindici et actores fecerunt et prest terunt statim eidem domino Regi homagium et juramentum cum publico instrumento cu us tenor ta is est.

Noverint universi. Quod die lune intitulata quarto nonas augusti anno Do nini Millesimo CCC quadragesimo quarto. S renissim a ma nifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice S r l ni et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori castri Perpiniani personaliter existente Petrus Preses et Petrus de Noguerada procuratores sindici et actores una cum Petro Vilareau et in solidu n constituti cum publico instrumento f c o n loco de Bastida vicesima quarta die mens s julii anno predicto per Petrum Calun notarium pu licum honoris de Cortsavino auctoritate illustrissimi domini Regis Aragonum ad ea que infe-

rius continentur in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis eidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus Petro domino de Exchicha Petro de Montecatheno ammirato ac venerabilibus Petro Jordani Durries camerario Ferrario de Villafrancha militibus consiliariis Jacobo de Vedrinyans Jacobo de Faro jurisperitis

auditoribus curie ejusdem domini et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Postmodum die martis intitulata III nonas augusti anno predicto memoratus dominus Rex continuavit homagia et juramenta recipere a personis inferius nominatis ut apparet per publica instrumenta quorum tenores hic inserti mandato ipsius domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod die martis intitulata III nonas augusti anno Domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori Castri Perpiniani personaliter existente in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum Raimundus Datzat Raimundus Gavella Guillermus de Clayra Ermengaudus Dalanya dominus de Valtino Raimundus de Insula Berengarius Çaribera Petrus Durg Berengarius Dalanya Adamarius Datzat et Guillermus Adalberti ut tutor Arnaldoni Traverii filii Arnaldi Traverii quondam fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor

Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino Regi quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et certam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et dictus G. Adalberti nomine tutorio predicto dictum Arnaldonum Traverii et suos et bona sua et suorum successorum ubique habita et habenda presentibus nobilibus Petro domino de Exericha Petro de Montecatheno ammirato ac venerabilibus Petro Jordani de Urries camerario Ferrario de Villafrancha militibus consiliariis dicti domini Regis Jacobo de Vedrinyans et Jacobo de Faro jurisperitis auditoribus curie ejusdem domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea II ubi dicitur in quadam et clausi.



Noverint universi. Quod die martis intitulata III nonas augusti anno Domini Millessimo CCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori sui castri Perpiniani personaliter existente in presentia nobilium Petri domini de Exericha Petro de Monteeatheno ammirati ac venerabilium Petri Jordani Durfies camerarii et Ferrarii de Villafrancha militum consiliariorum dicti domini Regis et plurium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum necnon mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Petrus Guillermi Destanybos fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tamquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallespirii et Quoquiliberi pro feudis videlicet que dictus Petrus tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Petrum de dictis feudis per traditionem ensis presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis. De quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum ejusdem domini Regis quam ad requisitionem dicti Petri fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum renaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Petro.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domi-

ni Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Et eadem die ibidem in posse ejusdem notarii inferius nominati cum publicis instrumentis fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi homagia et juramenta similia de verbo ad verbum videlicet,

Berengarius de Sancto Johanne. Berengarius de Pontos.
Berengarius Ça Faja. Bernardus de Muntlaur.

In crastinum vero quo intitulabatur II nonas augusti anno proxime dicto inferius nominati cum publicis instrumentis factis in posse dicti notarii fecerunt ipsi domino Regi ac etiam prestiterunt consimilia de verbo ad verbum homagia et juramenta scilicet.

G. Rubei miles. Et. Johannes Faena.

Et nichilominus ipsa die subscripti cum publicis instrumentis factis in posse notarii proxime dicti fecerunt et prestiterunt dicto domino Regi homagia et juramenta ut clare invenitur per dictum publicum instrumentum hic de mandato ipsius domini Regis in-

sertum cujus tenor sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata II nonas augusti anno Domni MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam camera castri Perpiniani personaliter existente in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum Berengarius Dolms de Cereto Dalmacius Cesfonts Bertrandus Rubei et Bernardus de Vallauria domicelli fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino Regi quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt ipsi domino et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertinent prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complondis obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda presentibus nobilibus Galcerando de Bellopodio majordomo Artaldo de Capraria

ac venerabili Roderico Didaci legum doctore consiliario dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et daminationem ejusdem Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea secunda ubi dicitur et Rossilionis et clausi.

Sequenti autem die jovis intitulata nonas augusti anno Domini Millessimo CCC quadragesimo quarto prefatus dominus Rex continuavit recipere sequentia homagia et juramenta a personis infrascriptis de quibus facta fuerunt publica instrumenta tenores quorum hic inserti mandato dicti domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod die jovis intitulata nonas augusti anno Domino Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis existente personaliter in quadam camera castri Perpiniani in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum Berengarius Cardena Geralduc de Perapertusa Arnaldus Davi Raimundus de Palaudano et Berengarius de Perapertusa fecerunt et prestiterunt homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis ipso domino Regi tactis per

eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino regi quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnes homines mundi boni fideles et legales homines et subjecti. Et quod portabunt ipsi domino Regi bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda presentibus nobilibus Petro de Fonolleto vicecomite Insule Ademario de Mosseto Galcerando de Bellopodio majordomo et Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense ac venerabili Ferrario de Villafrancha milite consiliariis dicti domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum suppraposito IIII ubi dicitur et Berengarius de Perapertusa et cum raso et emendato in linea IX ubi legitur major et clausi.

Noverint universi. Quod diè jovis intitulata nonas

augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam camera castri regii Perpiniani personaliter existente in presentia nobilium virorum Petri de Fonolleto vicecomitis Insule Ademarii de Mosseto et Galcerandi de Bellopodio ac Hugonis de Fonolleto legum doctoris canonici Elnensis et plurium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Angerius de la Rocha prior de Spirano fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentes Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Augerius tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Augerium de dictis feudis per traditionem cujusdam ventall presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis de quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum dicti domini Regis quam ad requisitionem dicti Augerii fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Augerio.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis

interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Et eadem die ibidem in posse ejusdem notarii inferius nominati cum publicis instrumentis fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi homagia et juramenta similia de verbo ad verbum videlicet.

Petrus de Taltahuyl et Bernardus de Castellet.

Subsequenter die veneris intitulata VIII idus augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto inferius nominati fecerunt et prestiterunt memorato domino Regi sequentia homagia et juramenta cum publicis instrumentis quorum tenores hic inserti mandato dicti domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod die veneris intitulata octavo idus augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in aula majori castri Perpiniani in presencia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum Petrus de Mora Guillermus Çesfonts Fran-

ciscus de Lupiano Guillermus Rubei Ricelm de Verneto Franciscus de Ulmis Angerius Destany Arnaldus de Perapertusa Ferrarius Ribera Johannes de Sono et Laurencius Pabol feccrunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino Regi quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Agcrensi dicti domini Regis fratre ac nobilibus Petro domino de Exericha Petro de Fonolleto vicecomite Insule Galcerando de Bellopodio majordomo Petro de Montecatheno Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense Arnaldo de Moraria vicecancellario et Jacobo de Faro auditore curie dicti domini Regis et pluribus aliis pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domi-

ni Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Noverint universi. Quod die veneris intitulata octavo idus augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula majori castri Perpiniani personaliter existente in presentia incliti infantis Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis ac nobilium Petri domini de Exericha Petri de Fonolleto vicecomitis Insule Galcerandi de Bellopodio majordomi Petri de Montecatheno amirati Hugonis de Fonolleto legum doctoris Arnaldi de Moraria vicecancellarii et Jacobi de Faro anditoris curie dicti domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Guillermus de Ulmis fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis ac cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Guillermus tenet in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Guillermum de dictis feudis per ensis traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis. De quibus omnibus su-

pradictis et singulis tam ad mandatum ejusdem domini Regis quam ad requisitionem dicti Guillermi fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Guillermo ad memoriam premissorum. Que fuerunt acta die et anno predictis presentibus testibus supradictis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Et eadem die ibidem in posse ejusdem notarii inferius nominati cum publicis instrumentis fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi homagia et juramenta similia de verbo ad verbum videlicet.

Rogerius de Baonacho. Vitalis Raimundi Çarocha.
Franciscus Bajuli. Petrus de Sancto Martino.
Raimundus de Vallauria.

Preterea ibidem die sabbati intitulata VII idus augusti anno predicto inferius nominati fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi homagia et juramenta de verbo ad verbum similia cum publicis instrumentis in posse dicti notarii videlicet.

Raimundus Çarocha. Huguetus de Lupiano. R. de Insula.

—

Ceterum die martis intitulata IIII idus augusti anno proximo MCCCXLIIII procuratores et sindici universitatis loci de Vinciano comparuerunt coram dicto domino Rege et exhibita sibi per eos reverentia debita obtulerunt ei quoddam publicum instrumentum sindicatus seu procurationis ipsorum cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub hac forma.

Pateat universis. Quod die jovis intitulata nonas augusti anno Domini MCCCXLIIII. Convocata universitate hominum loci de Vinciano ad sonum tube et ad vocem preconis et alias prout moris est ut dicitur dicte ville ipsam universitatem congregari et convocari convenerunt in quodam hospicio in quo curia dicti loci teneri consuevit homines infrascripti videlicet Vesianus Martini G. Tavarnerii Bartholomeus Baerii Petrus Clarani Johannes Martini G. Aliani Bernardus Ermengaudi Johannes Pelicerii Petrus Gentil Petrus Avellani Berengarius Ortolani Raimundus Ricardi Raimundus Marfuga Raimundus Fontis Jacobus Carbonelli Guillermus Oriolli Guillermus Bajuli Guillermus Micerii Arnaldus Guiscafre Perpinianus Capitisville Jacobus Sunyerii Jacobus Reedor Bartholomeus Quintani Petrus Pagesii Guillermus Sartoris Bn. Paschalis Raimundus Ricardi Raimundus Cumbe Guillermus

Sapte Bn. Rippe Arnaldus Vitalis Guillermus Mosseti Simon Millars Bn. Ortolani Arnaldus Martini Franciscus Mersuga Bn. Bajuli Petrus Confluentis Bn. Pelesol Raimundus Avellani Guillermus Mercerii Raimundus Cerdani Arnaldus de Avellaneto Perpinianus Valispirii Petrus Boschi Bn. Bajuli Perpinianus Suriguera Jacobus Joli Guillermus Jacobi Bn. Portali Raimundus Capitisville Raimundus Royre Guillermus Fabri Franciscus Ortolani Jacobus Textoris Ferrarius Podii Petrus Filippi Bn. Fabri Petrus Capitisville Raimundus Baferini Guillermus Baferini Guillermus Balesterii Petrus Moreri Petrus Rocha Bernardus Adee Guillermus Brevis Guillermus Solani Martinus Martini Guillermus Mulinerii Bn. Vitalis Bn. Argenti Bn. Dalmacii Rodericus Textoris et Matheus Barvart et ibidem in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum dicti homines pro universitate hominum dicte ville ut predicitur congregati et universitatem etiam ejusdem ville facientes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia et cum auctoritate et decreto venerabilis Guillermi Deu bajuli dicti loci pro illustrissimo domino Rege presentis et auctorizantis nomine suo et universitatis predicte et singularium ejusdem constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Guillermum Benedicti et Petrum Massuga dicti loci presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et utrumque ipsorum insolidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prosequi

valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et utrique eorum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos

sindicos procuratores vel actores vel per alterum eorum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promisit firma et solemni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exhigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores seu per alterum eorum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus Bernardo Reedor presbitero beneficiato in monasterio de Marcevolo Francisco Ravayre presbitero dicti loci et Galcerando de Monterubeo de civitate Valencie testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig ✠ num mei Guillermi de Sancto Ilario auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem Illustrissimi domini Regis Aragonum. Qui predictis interfui et hec scripsi et clausi. Cum litteris rasis et emendatis in quarta linea ubi dicitur toris et in octava decima linea ubi dicitur personaliter esset.

Et vigore potestatis eis tradite in eodem procurationis publico instrumento dicti procuratores et sindici fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi sequens homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis est qui sequitur.

Noverint universi. Quod die martis intitulata quarto idus augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula castri Perpiniani personaliter existente Guillermus Benedicti et Petrus Mersuga procuratores sindici et actores per universitatem loci de Vinciano constituti legitime cum publico instrumento facto die jovis intitulata nonas augusti anno predicto per Guillermum de Sancto Ilario auctoritate regia notarium publicum per totam terram et dominationem dicti domini Regis ad ea que inferius continentur in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas

et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium corundem. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Agerense dicti domini Regis germano nobili Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Ferrario de Villafrancha milite consiliariis predicti domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Et nichilominus ipsa die ibidem venerabilis Poncius de Lupiano miles fecit ac prestitit ipsi domino Regi

homagium et juramentum suscripta cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Noverint universi. Quod die martis intitulata IIII idus augusti anno domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula castri Perpiniani personaliter existente in presentia incliti infantis Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis dicti domini Regis germani nobilis Galcerandi de Bellopodio majordomi et venerabilium Arnaldi de Moraria vicecancellarii et Ferrarii de Villafrancha militis consiliariorum dicti domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Poncius de Lupiano miles fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Poncius tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Poncium de dictis feudis per ensis traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis. De quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum ipsius domini Regis quam ad requisitionem dicti Poncii fuerunt facta duo publica instrumenta

quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Poncio ad memoriam premissorum. Que fuerunt acta die et anno predictis presentibus testibus supradictis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

—

Deinde die mercurii intitulata III idus augusti dicto anno Domini MCCCXLIIII. Sindici et procuratores castri et loci de Clayrano comparuerunt coram dicto domino Rege et exhibita sibi reverentia debita per eosdem obtulerunt sibi quoddam publicum instrumentum sue procurationis cujus tenor hic insertus mandato ipsius domini Regis sequitur in hunc modum.

Pateat uuiversis. Quod die et anno infrascriptis universitas castri et loci de Clayrano congregata ad sonum et vocem tube et campane in platea ipsius loci prout est moris ipsam universitatem congregari in qua universitate interfuerunt videlicet Bernardus Blanqueti Petrus Totmarii consules universitatis hominum dicti loci de Clayrano nomine eorum proprio et nomine totius universitatis predicte Raimundus Calaff Raimun-

dus Jacobi Petrus Reverterii Bernardus Costansani filius Arnaldi Costansani quondam Raimundus Geraldi Bn. Mancipii Clayranus Avulis Guillermus Barata Anthonius Blanqueti Petrus Gaueelmi Arnaldus Villeclare Berengarius Dalmacii Jacobus Clara Berengarius Raimundi Petrus Martini Johannes Fangerii Johannes Vallauria Petrus Vimers Johannes Rubei Arnaldus Lupiani brasserius Petrus Rubei minor dierum Johannes Balaudi Berengarius Colomerii Guillermus Giraudi Berengarius Voloni Berengarius Hualquerii G. Figeres Arnaldus Mancipii Vicencius Jordani Petrus Andree Guillermus Fusterii Jacobus Teresaeh Johannes Giraudi Petrus Gros Johannes Bageti Laurencius Valerieh Petrus Lombardi majoris dierum Raimundus Hugueti Bernardus Hualgerii Guido Maurelli Petrus Servent Guillermus Andree Petrus Thome Guillermus Cathalani Johannes Columbi Guillermus Bages Bernardus Costançani filius Petri Costançani quondam Guillermus Alamany Raimundus Juliani Johannes Clara Guillermus Mauri Anthonius Egidii Petrus Fabri Raimundus Oryas Bernardus Sabaterii Raimundus Egidii Raimundus Cathalani Johannes Rubei Clayranus Miqueti Arnaldus Mallol Guillermus Lombardi Petrus Galiani Guillermus Pastoris major dierum Raimundus Stephani Raimundus Grisoni Berengarius Grisoni Berengarius Franch Petrus Barberii Michael Poncii Guillermus Griffedi Raimundus Calveti Arnaldus Scuderii Petrus Gillada Bernardus Fabras major dierum Bernardus Copa Guillermus Nicholai Raimundus Centolli Johannes Siurani Bernardus Copa major die-

rum Bn. Podii Guillermus Sartoris G. Riba Bn. Villaclara Petrus Clayrani Johannes Delitosii Johannes Mathei Guillermus Bages Johannes Plana Johannes Barrani Guillermus Vilarii Raimundus Rubei Petrus Getmarii minor dierum Guillermus Servent Guillermus Pagesii Raimundus Costançani Jacobus Spinos Bn. Vila Raimundus Gaucelmi Johannes Rovina Guillermus Reg Bn. Reig R. Castilionis Arnaldus Fabres Petrus Sayla Guillermus Satort Raimundus Andree Bn. Oliba Petrus Rainers Raimundus Mathei Bn. Jauberti Petrus Sabaterii textor Guillermus Bovis Berengarius Servens Bn. Fusteti Raimundus Costançani filius Bartholomei Costançani G. Egidii R. Cathalani junior Raimundus Golsani Berengarius Laurencii Bn. Mercaderii Guillermus Benedicti R. Villarii Clayranus Torrellani Arnaldus Boquerii Bn. Serventis Guillermus Jordani Petrus Lombardi minor dierum G. Fabri Guillermus Barravi Petrus Çabaterii Guillermus Viugraudi Petrus Ferrarii Guillermus Bosch Arnaldus Vilasecha Petrus Perellos Clayranus Lombardi Guillermus Thome Guillermus Miqueti Berengarius Pagani Petrus Sanxo Johannes Columbi Petrus Sartore Bn. Jordani Bn. Miyoni Raimundus Rubei junior Berengarius Pagesii Bn. Hugueti in presentia Petri Juliani auctoritate illustrissimi domini Regis Aragonum scriptoris publici de Clayrano et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum. Eadem universitas ut predicitur congregata et singulares ipsius ad hec absque contradictione alicujus unanimiter concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia

auctoritate et decreto discreti Francisci Poda judicis dicti castri et loci de Clayrano constituerunt fecerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores videlicet Raimundum Jauberti et Arnaldum Fornerii presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam sponte recipientes et utrumque ipsorum insolidum ita quod occupantis melior conditio non existat sed quod per unum eorum inceptum fuerit per alium seu alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum pro ipsa universitate et singularibus ejusdem ac nomine et vice ipsorum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsiçe comiteque Barchinone et Rossilionis. Et ad prestandum eidem domino Regi vero domino et naturali ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine ac pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod predicta universitas et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quomodolibet

eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exhigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedentes eisdem et eorum cuilibet insolidum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares predicti quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit in premissis sit itaque validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas et singulares ipsius promiserunt firma et solemni stipulatione in posse et manu notarii infrascripti stipulantis et recipientis ac exhigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et omnia bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quibus siquidem procurationi sindicatui et actorie legitime actis dictus dominus Franciscus Poda judex dicti loci de Clayrano predictis omnibus et singulis causa prius cognita auc-

toritatem suam juditialem interposuit pariter et decretum. Acta fuerunt hec in platea dicti castri et loci de Clayrano septimo idus augusti anno Domini MCCC XLIIII in presentia et testimonio Berengarii Guasch presbiteri de Clayrano Bn. Treverii fusterii Bn. de Perpiniano et P. Juliani notarii publici de Clayrano qui predictis omnibus requisitus interfuit et hec recepit.

Sig✠num Petri Juliani auctoritate illustrissimi domini et domini Regis Aragonum publici notarii de Clayrano qui predictis omnibus requisitus interfuit et hec scribi fecit recepit et clausit.

Vigore cujus procurationis et potestatis eis tradite in eodem iidem procuratores et sindici prestiterunt atque fecerunt ipsi domino Regi juramentum et homagium subsequentia cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata III idus augusti anno Domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis existente personaliter in quadam aula castri Perpiniani Raimundus Jauberti et Arnaldus Fornerii procuratores sindici et actores per universitatem castri et loci de Clayrano constituti legitime cum publico instrumento facto VII idus augusti anno predicto per Petrum Julia-

ni auctoritate Illustrissimi domini Regis Aragouum publici notarii de Clayrano ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptornm ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis snpradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecemite Agerense dicti domini Regis germano nobili Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Arnaldo de

Moraria vicecancellario Ferrario de Villafrancha milite consiliariis predicti domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea prima ubi dicitur tertio et in secunda ubi continere aula et in IIII ubi legitur et mei et clausi.

Et nominibus eadem die jovis intitulata III idus augusti anno pretacto domini sindici et procuratores subscripti comparuerunt coram dicto domino Rege et eidem obtulerunt quoddam publicum instrumentum sue procurationis jam dicte cujus tenor hic insertus mandato ipsius domini Regis sequitur in hunc modum.

Noverint vniversi. Quod die mercurii intitulata III nonas augusti anno Domini MCCCXLIIII. Universitas de Miliariis congregata ad vocem tube in platea de Miliariis prout est moris in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Guillermum Joli majorem diebus et Johannem Clayrani ipsius loci de Miliariis presentes et hanc procu-

rationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis melior conditio non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino nostro Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero superiori et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino superiori et naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorum que necessaria utilia ve opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt quantum pro jure superioritatis seu gene-

ralis jurisdictionis et pro aliis debitis regaliis comitatus predicti dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem sindicis et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum alterum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promisit firma et solempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis ex exhigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus Guillermo Rasedorii de Vinciano Johanne Guasuach mercatore Perpiniani Johanne Figuerola notario de domo dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter convocatis et me Petro Fornelli notario qui requisitus predicta recepi et scripsi.

Ego Guillermus Monerii auctoritate nobilis domini Bn. de Sono notarius publicus de Miliariis subscripsi et hoc Sig✠num feci.

Qui quidem procuratores et sindici vigore potestatis sibi tradite in dicto sindicatus et procurationis publico instrumento fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi subscriptum homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hac forma.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata III idus augusti anno Domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis existente personaliter in quadam camera castri Perpiniani Guillermus Joli major diebus et Johannes Clayrani procuratores sindici et actores per universitatem loci de Miliariis constituti legitime cum publico instrumento facto die martis intitulata III nonas augusti anno predicto per Guillermum Monerii auctoritate nobilis domini Bernardi de Sono notarium publicum de Miliariis ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini

sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Ageiense dicti domini Regis germano nobili Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Ferrario de Villafrancha milite consiliariis predicti domini Regis et pluribus aliis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens re-i quis itus scribi feci cum raso et emendato in linea II ub dicitur existente et in V ubi legitur cia mei et clausi.

Item eadem die Bn. de Palaciolo prepositus infrascriptus fecit ac prestitit ipsi domino Regi homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus de mandato jam dicti domini Regis talis est.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata III idus augusti anno Domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam aula castri Perpiniani personaliter existente in presentia incliti infantis Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis dicti domini Regis germani ac nobilis Galcerandi de Bellopodio majordomi nec non venerabilium Arnaldi de Moraria ac Ferrarii de Villafrancha militis consiliariorum dicti domini Regis et plurium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum ac mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Bn. de Palaciolo propositus ecclesie Beate Marie de Villari juxta castrum Montisquivi fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis que dictus Bn. tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Bn. de dictis feudis per ensis traditionem presentialiter in-

vestivit juribus suis feudalibus semper salvis. De quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum dicti domini Regis quam etiam ad requisitionem dicti Bn. fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Bernardo.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Nichilominus etiam ipsa die ibidem infrascripti procuratores et sindici comparuerunt coram dicto domino Rege et eidem obtulerunt quoddam procurationes et sindicatus publicum instrumentum cujus tenor infra insertus mandato dicti domini Regis est qui sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod nos infrascripti homines de Prata videlicet Guillermus Pela Johannes de la Hera Petrus Iserni Guillermus Amilli Perpinianus Rosselli G. Thoyrii Petrus Matha Perinianus Francha Villafrancha Quintana Deus lo Sal Trangansa Franciscus Parage Raimundus Lotes Petrus Monerii P. Rodelli Bartholomeus Vives Bn. Moner Jacobus Pons Andreas Seicartz R. Arciani Berengarius Quinta G. Sanxo G. Bambasser Petrus Godo Bn. Amilii Mascharosius Arriani Bn. Thoyt Bn. Marti Petrus Genre Bn. Royre Bn. Marti major dierum J. Serredelli Deus lo Sal Ca-

noa Petrus Verni P. Morer R. Calva Michael Bayo Benedictus Nem Jacobus Francha G Godoni Jacobus Berengarii R. Tavaribes Perpinianus Montanerii Jacobus Curtalis Guillermus Climens R. Autzina Martinus Verneti nos omnes predicti homines dicti loci de Prata facientes universitatem dicti castri vel majorem partem ejusdem congregati ad infrascripta peragenda in platea dicti castri pro nobis et dicta universitate et singulis de eadem facimus constituimus et ordinamus certos veros generales ac etiam spetiales procuratores nostros sindicos seu actores videlicet Bn. de Ferrariis et Raimundum Giberti presentes et hanc procurationem scindicatum seu actoriam recipientes et quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantium vel occupantis infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat detineri ad comparendum pro nobis et dicta universitate coram excellentissimo et potentissimo principe domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis et ad prestandum eidem domino Regi tanquam domino superiori pro nobis et dicta universitate homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod nos et universitas predicta erimus eidem domino Regi boni fideles et legales et subjecti

pro jure superioritatis jurisdictionis. Et portabimus eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem tanquam domino superiori. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint in premissis etiam si talia essent que mandatum exigerent spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis supradictis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes quod quicquid per dictos nostros procuratores sindicos vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit in predictis et circa predicta sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a nobis et a dicta universitate et singularibus ejusdem personaliter esset factum. Quoniam nos nomine dicte universitatis promitimus firma et solempni stipulatione in posse tui Arnaldi Casalonis gerentis vices notarii publici subscripti stipulantis et recipientis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit nos et dictam universitatem ratum gratum et firmum perpetuo habere quicquid super predictis omnibus et singulis per dictos procuratores nostros sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis obligamus omnia bona nostra et dicte universitatis et jura habita et habenda ubique. Que fuerunt acta et per nos

supra nominatos constituentes laudata Prata VI die mensis augusti anno Domini MCCCXLIIII. Testes hujus rei sunt Guillermus Cantanusse filius G. Cantanusse A. Casalons presbiter de Prata et Bn. Justi habitator Perpiniani. Ego Jacobus Sapte scripsi hec vice publici notarii subscripti.

Sig✠num mei Bn. Bileracli notarii publici castri de Prata auctoritate reverendi domini abbatis Montis Crassenssis. Qui hoc instrumentnm procurationis sindicatus seu etiam actorie per dictum A. Casalons vice mea receptum scribi fecit.

Vigore cujus procurationis ac sindicatus et potestatis eis tradite in eodem proxime dicti sindici et procuratores fecerunt ac prestiterunt ipsi domino Regi homagium et juramentum subsequens cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub hac forma.

Noverint universi. Quod die mercurii intitulata III idus augusti anno Domini MCCCXLIIII. Serenismo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis existente personaliter in quadam camera castri Perpiniani Bn. de Ferrariis et R. Giberti procuratores sindici et actores per universitatem loci de Prata constituti legitime cum publico instrumento facto VI die mensis augusti anno predicto per Bn. Bileracli notarium publicum castri de Prata ad ea que inferius continentur in presentia

mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Reg et successoribus suis et domino et comiti Rossilionisi et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et dictam universitátem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Agerense dicti domini Regis germano nobili Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Ferrario de Villafrancha milite consiliariis predicti domini Regis et pluribus aliis ad heç pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea III ubi dicitur Ber. et in V ubi continetur cia mei et claust.



Subsequenter die et anno inferius expressatis subscripta venerabilis Francisca fecit ac prestitit dicto domino Regi homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod die jovis intitulata II idus augusti anno Domini MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis in quadam camera castri regii Perpiniani personaliter existente in presentia incliti infantis Jacobi comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis dicti domini Regis fratris et nobilis viri Petri domini de Exericha ac venerabilium Michaelis de Gurrea et Raimundi Totzoni militum ac Arnaldi de Moraria vicecancellarii consiliariorum dicti domini Regis et plurium aliorum testium ad hec spe-

tialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti venerabilis Francisca uxor venerabilis Dalmacii de Banyuls quondam tutor ut dixit Dalmacii pupilli filii sibi et dicto marito suo quondam comunis fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eam sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dicta Francisca nomine predicto tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et dictus dominus Rex confestim eandem Franciscam de dictis feudis per capucii traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis de quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum dicti domini Regis quam ad requisitionem dicte Francisce fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Francisce.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem. Qei predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea VI ubi dicitur nec non mei et cum suppraposito in linea VII ubi continetur comunis et clausi.

Ibidem die et anno et presentibus testibus proxime expressatis Dalmacius de Sancta Pace pater et le-

gitimus aministrator Guillerme filie sue fecit ac prestitit pro se et dicta filia sua consimile juramentum et homagium prefato domino Regi cum publico instrumento in posse dicti Francisci Fuxi notarii.

—

Deinde die sabbati intitulata XIX kalendas septembris anno proxime dicto procuratores et sindici universitatis ville et vallis de Pratis inferius nominati comparuerunt coram dicto domino Rege cui exibuerunt quoddam procurationis et sindicatus publicum instrumentum cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis est.

Noverint universis. Quod die et anno infrascriptis fuit de voluntate ac expresso mandato venerabilis domini Johannis Basseda domicelli bajuli ville ac vallis de Pratis pro illustrissimo domino Rege Aragonum infrascripto vocata et congregata universitas hominum dictarum ville et vallis de Pratis vel major seu senior pars ejusdem voce vero preconia per et infta dictam villam de Pratis per preconem publicum ipsius ville de mandato ipsius domini bajuli facta et ut est moris scilicet in viridario comuni seu regio ipsius loci ubi convenerunt ac presentes fuerunt pro infrascriptis vero procuratione sindicatu et auctoria faciendis et ad infrascripta in eisdem contenta facienda et complenda

videlicet Raimundus Sacarrera Bn. Rubei Anthonius Coste P. Dominici Raimundus Cayeti Guillermus Ripoyl Raimundus Badia Bn. Çaclapa Bn. Puyolli faber Petrus Badia Arnaldus Suyerii Raimundus Mayolli Berengarius Augustini Raimundus Puyolli Petrus Guitardi Franciscus Jamberti Raimundus Gironela Jacobus Saportela Petrus Boxo Petrus Roure Guillermus Sendreu Jacobus Dauch Bartholomeus Fort Arnaldus Canalli Guillermus Pruyanes Petrus Fonfreda Jacobus Sabaterii Bn. Fabri Bernardus Domea Bernardus Casals Guillermus Lembardi Bn. de Manso Petrus Canaderii A. Coma Guillermus Egidii Guillermus Rubei arquejator Petrus Griseu Bernardus Fabregas Franciscus Caussa Raimundus Comerii Natalis Vives planes Guillermus Caneles Johannes Claci Raimundus Conomina Bn. Brugati Jacobus Pamies Jacobus Prada Petrus Artavi Arnaldus Bartholomei Johannes Borrelli Raimundus Mecerii Guillermus Riu Petrus Descanamar Petrus Viaderii Perpinianus Pagesii Raimundus Aunol Guillermus Cortes Bruganus Coma Bn. Puigmanya Raimundus Yles Huguetus Serra Guillermus Font Guillermus Santoni Petrus Sendreu Berengarius Vacaserii Bn. Michael Johannes Solent Arnaldus Armayach Guillermus Sala Salvanus Fexa Guillermus Sarriba Raimundus Agosti Bn. Mocada textor Berengarius Pagesii seu Mayensa Arnaldus Domea Petrus Ferrarii Guillermus Podii Ventos Jacobus Roure Johannes Vayldarques Guillermus Pont Guillermus Rocha Bn. Aunolli Guillermus Gufeu Petrus Binando Andreas Canaderii Bartholomeus Casals Guillermus

Puyolli Marquesius Sarrocha Arnaldus Dominici Petrus Graelli Guillermus Dominici Guillermus Mayolli Guillermus Mas Jacobus Moreni Petrus Credorsa Bernardus Bach Raimundus Puyolli Raimundus Bach Arnaldus Sescases Petrus Costaya Petrus Presca Bn. Sarrocha Raimundus Eymerich Arnaldus de Ulmo Petrus Prat Petrus Buch Bartholomeus Podiiventos Julianus Arayoni Raimundus Macanelli Arnaldus Simonis de Sous et Arnaldus Beloni omnes valle et parrochie de Pratis et plures etiam alii ipsius universitatis predicte et ibi simul omnes in unum congregati ad infrascripta unanimiter et concorditer absque contradictione alicujus concordantes gratis et ex certa scientia voluntate et consensu ac laudamento dicti domini bajuli presente et omnibus ac singulis infrascriptis consentientis laudantis et approbantis ac suum consensum prestantis tam nomine suo proprio quilibet eorum presentium quam nomine etiam ceterorum aliorum hominum dicte universitatis absentium ac singulorum eorundem constituerunt et ordinaverunt veros certos et spetiales ac etiam generales et indubitatos procuratores sindicos et actores suos et singularium eorum presentium et aliorum ceterorum absentium dicte universitatis videlicet Bn. Perela presentem ac Bn. Puyolli paratorem et Bernardum Moxons licet absentes tanquam presentes omnes dicte ville de Pratis et quolibet eorum insolidum ita quod occupantis seu occupantium ipsorum conditio melior non existat set quod per unum vel plures ipsorum inceptum fuerit per alium vel alios eorundem mediari prosequi valeat et finiri

etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo minime detineri videlicet ad comparendum ac se presentandum coram excellentissimo et potentissimo principe ac domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice vero nomine et pro parte ipsorum prenominatorum consistentium ac singulorum eorundem et aliorum absentium dicte universitatis et ad prestandum eidem domino Regi supradicto tanquam vero et naturali domino ipsorum et aliorum dicte universitatis et singularium eorundem vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod ipsi prenominati constituentes et ceteri alii homines dicte universitatis et singuli seu singulares ejusdem seu eorundem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali ac etiam ab eodem domino Rege postulandum seu exigendum et requirendum ac habendum et obtinendum quibus supra nominibus confirmationem ratificationem et aprobationem omninm ac singulorum privilegiorum franquesiarumque et libertatum quorumcumque dicte universitati et predecessoribus ejusdem tam in spetiali quam etiam in ge-

nerali temporibus retroactis hucusque datis seu concessis in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedentes eisdem et eorum cuilibet in et super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes omnes prenominati et alii presentes constituentes et ipsorum singulares quibus supra nominibus quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit in et super premissis et quolibet eorundem ac occasione eorundem quibus supra nominibus sit ita validum et firmum perpetuo quod inde habeatur ac s ab ipsis constituentibus predictis et aliis dicte universitatis ac singularibus seu a quolibet eorundem seu ipsius universitatis personaliter esset factum quoniam ipsi prenominati constituentes ac quilibet eorum nominibus quibus supra promiserunt firma et sollempni stipulatione in posse et manu scriptoris infrascripti hec recipientis et exigentis ac stipulantis nomine prefati domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum perpetuo quicquid in et super premissis omnibus et singulis et quolibet vel altero eorundem per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum factum gestum fuerit seu etiam pro-

curatum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis prenominati constituentes ac singuli seu quilibet eorundem quibus supra nominibus obligarunt se et alios diete universitatis absentes ac bona sua videlicet cujuslibet ipsorum presentium et aliorum dicte universitatis absentium presentia et futura. Quam quidem procurationem sindicatum vel actoriam predictas seu presentes ac omnia supradicta et singula superius contenta per dictos constituendos quibus supra nominibus acta ut supra continetur dictus dominus bajulus in eisdem omnibus ac singulis presens et consentiens laudavit et approbavit ac firmavit et in ac super eisdem omnibus ac singulis prenominatis constituentis quibus supra nominibus suum assensum seu consensum tribuit requisitus seu prestavit. Que omnia vero ac singula supradicta acta et laudata fuerunt ut supra per prenominatos constituentes et quemlibet eorundem quibus supra nominibus ac etiam per dictum dominum bajulum laudatum et approbatum ut supra nomine oficii seu bajulie predicte loco predicto octava die mensis augusti intitulata sexto idus augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto in presentia et testimonio Bn. Vaxella et Guillermi filii Guillermi Androy fargeriorum habitantium fargue vocate de Gaudanis site infra parrochiam de Serralonga et Jacobi filii Jacobi Magistri et Francisci Boxs amborum de Pegerolis seu de Villaforti parrochie de Moleto et Petri Poncii parrochie de Moyono ac Petri filii Raimundi Reseganya parrochie de Pera et Petrus de Argileriis de Cereto scriptoris

qui requisitus hec recepit vice scriptoris publici substituto.

Ego Raimundus de Argileriis scriptor publicus ville ac vallis predictarum de Pratis auctoritate prefati domini Regis Aragonum illustrissimi hec scripsi et de expresso mandato ipsius domini Regis hoc meo Sig✠no signavi et clausi.

Vigore cujus procurationis et sindicatus ac potestatis eis tradite in eodem procuratores et sindici antefati fecerunt ac prestiterunt jam dicto domino Regi homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub hiis verbis.

Noverint universi. Quod die sabbati intitulata nono decimo kalendas septembris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri Perpiniani personaliter existente Bernardus Pinolli parator Bn. Perele et Bn. Moxons procuratores sindici et actores per universitatem ville et vallis de Pratis constituti legitime cum publico instrumento facto octava die mensis augusti intitulata sexto idus augusti anno predicto per Raimundum de Argileriis scriptorem publicum ville ac vallis predictarum de Pratis auctoritate prefati domini Regis Arago-

num illustrissimi ad ea que inferius continetur in prasentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum propio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt eidem domino Regi et dictis suecessoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem ac etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Agerense dicti domino Regis germano Nobili Raimundo vicecomite de Caneto et venerabilibus Hugone de Fenolleto legum doctore canonico Elnense Ferrario de

Caneto milite majordomo Bn. de Ulzinellis thesaurario Johanne Ferdinandi Munionis magistro rationali legum doctoribus consiliariis dicti domini Regis et Romeo Çarovira cive Barchinone et pluribus aliis testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea IIII ubi dicitur octava die et clausi.

Nichilominus ibidem dicta die infrascriptus Hugo de Sancto Justo comparuit coram dicto domino Rege et eidem fecit ac prestitit homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub his verbis.

Noverint universi. Quod die sabbati intitulata nono decimo kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comitesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri Perpiniani personaliter existente in presentia mei notarii et testium subscriptorum Hugo de Sancto Justo de villa Perpiniani fecit ac prestitit eidem domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangelis et cruce Domini sub fide cujus homagii et reli-

ligionis sacramenti promisit eidem domino Regi ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie quod ipse et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt ipsi domino et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligavit dicto domini Regi se et ejus successores et omnia bona sua et eorum ubique habita et habenda. Presentibus inclito infante Jacobo comite Urgelli et vicecomite Agerense dicti domini Regis germano nobili Raimundo vicecomite de Caneto et venerabilibus Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense Ferrario de Caneto milite majordomo Bernardo de Ulzinellis thesaurario Johanne Ferdinandi Munionis magistro rationali legum doctoribus consiliariis dicti domini Regis et Romeo Çarovira cive Barchinone et pluribus aliis testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea III ubi dicitur mei et in VII ubi continetur ejus successores et clausi.

Item ipsa eodem die ibidem subscripti procuratores et sindici comparuerunt coram dicto domino Regi et sibi exhibuerunt quoddam publicum instrumentum sindicatus et procurationis sue cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hac forma.

Pateat universi. Quod die sabbati intitulata nonodecimo kalendas septembris anno Domini Millesimo trecentessimo quadragesimo quarto convocata universitate hominum loci de Juioll ad mandatum venerabilis Berengarii de Villarasa procuratoris ad homagia recipiendum in terris Conflnentis ab infrascripto domino Rege spetialiter constituti convenerunt in dicto loco homines infrascripti videlicet Arnaldus Gessa Guillermus Magistri Petrus Bach Bernardus Magistri Petrus Jauleri G. Font Raimundus Magistri Bartholomeus Brago Bernardus Textoris Bernardus Gasemir Laurencius Giberga Guillermus Ponça Guillermus Gasemir Guillermus Durandi Petrus Magistri Raimundus Regis Guillermus de Querio Petrus Bosca Jacobus Mergot Guillermus Fabri Guillermus Bonus filii Bartholomeus de Solcrio Arnaldus Moratoni Petrus Ademarii Raimundus Bergo Petrus Francha Bn. Magistri Jacobus Salveti Petrus Raimundi Nicholai Jacobus Magistri Petrus Raimundi Joerii et Petrus Fontis et ibidem in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum dicti homines pro universitate hominum dicti loci ut predicitur congre-

gati et universitatem etiam ejusdem loci facientes gratis et spontanea voluntate et ex ea certa sciencia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Petrum Gessa et Petrum Giberga homines dicti loci presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et utrumque ipsorum insolidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prossequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam superiori et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domini Regi boni fideles et legales homines et subjecti pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino superiori et naturali et etiam ad omnia alia faciendum in et su-

per predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis concedendo eisdem et utrique eorum super premissis et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel per alterum eorum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promisit firma et solemni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores seu per alterum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona sua ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno ac loco quibus supra. Presentibus Jacobo Soanies presbitero Francisco Fabri et Petro Franchi de Villafrancha Confluentis testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num mei Guillermi de Sancto Ilario auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem Illustrissimi domini Regis Aragonum qui predictis interfui et hec scripsi et clausi.

Vigore cujus procurationis et sindicatus ac potestatis eis tradite in eodem procuratores et sindici antefati fecerunt ac prestiterunt jamdicto domino Regi homagium ac juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub hiis verbis.

Noverint universi. Quod die sabbati nonodecimo kalendas novembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri Perpiniani personaliter existente in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum Petrus Gessa et Petrus Giberga habitantes loci de Juyols procuratores sindici et actores ad infrascripta legitime constituti per universitatem dicti loci de Juyols cum publico instrumento facto die intitulata et anno superius expressatis per Guillermum de Sancto Ilario notarium publicum auctoritate regia per totam terram et dominationem ejusdem domini Regis proprio nomine ipsorum et totius universitatis loci ejusdem et singularium ex eisdem et successorum

suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successorum erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdiccionis et aliis debitis regaliis comitatuum predictorum et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis antedictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus Petro domino de Exericha et Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense et Arnaldo de Moraria vicecancellario consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisi-

tus scribi feci cum raso et emendato in lnea V ubi dicitur et et clausi.

Nichilominus infrascripti homines singulares dicti loci de Juyols fecerunt et prestiterunt procuratori dicti domini Regis homagium et juramentum subscripta cum publico instrumento cujus tenorem idem dominus Rex mandavit inseri qui est talis.

Noverint universi. Quod die sabbati intitulata nonodecimo kalendas septembris anno Domini Millessimo trecentesimo quadragesimo quarto. In presentia Jacobi Suenies presbiteri Francisci Fabri et Petri Franchi de Villafrancha Confluentis testium ad hec spetialiter vocatorum et in presentia etiam notarii infrascripti Arnaldus Gessa Guillermus Magistri Petrus Bach Bn. Magistri Petrus Jaulen Guilermus Fontis Petrus Gessa Raimundus Magistri Bartholomeus Brego Bn. Textoris Bn. Gasemir Laurencius Giberga Guillermus Ponça Guillermus Gasemir Guillermus Durandi Petrus Magistri Raimundus Regis Guillermus de Querio Petrus Bosca Jacobus Margot Guillermus Fabri Guillermus Bonusfilii Bartholomeus de Solerio Petrus Giberga Arnaldus Moratoni Petrus Ademarii Raimundus Bergo Petrus Francha Bn. Magistri Jacobus Salveti Petrus Raimundi Nicholai Jacobus Magistri Petrus Raimundi Joerii et Petrus Fontis loci de Juyols. fecerunt et prestiterunt homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis venerabili Berengario de Villarasa de domo serenissimi et magnifici principis et domini domini

Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comitisque Barchinone et Rossilionis ac procuratori ad hec ab eodem domino Rege spetialiter constituto cum littera sigillo secreto ejusdem domini Regis munita que data fuit Perpiniani octavo kalendas augusti anno predicto existenti personaliter in dicto loco de Juyols recipienti nomine dicti domini Regis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt dicto procuratori quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt dicto procuratori recipienti nomine supradicto et etiam dicto domino Regi in posse notarii infrascripti tanquam publice persone nomine illorum omnium quorum interest vel potest aut poterit interesse legitime stipulantis et recipientis se ipsos et successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda.

Sig✠num mei G. de Santo Ilario auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum qui predictis interfui et hec scripsi et clausi.

—

Preterea die lune intitulata XIII kalendas septembris anno proxime dicto infrascripti procuratores et sindici comparuerunt coram dicto domino Rege et obtulerunt eidem quoddam procurationis et sindicatus publicum instrumentum cujus tenor hic insertus mandato ipsius domini Regis hic est.

Noverint universi. Quod die intitulata tertia decima die mensis augusti anno Domini MCCCXLIIII. Nos universitas de Baxanis scilicet Petrus Salveti R. Barravi R. Benefetti Bn. Paschalis Bn. Ermengaudi P. Laboratoris Berengarius Vitalis Johannis Paderni A. Johannis P. Roloni A. Fontis Johannes Rubei Franciscus Fuir R. Adalberti Bartholomeus Mir G. Vesiani Bn. Ferrarii Bn. Augerii G. Montiliani Bofatus Fontis et Laurencius Roani Bn. Barravi Jacobus Cuardi G. Goig P. R. Columbi Johannes Voloni G. Salveti A. Pratz Berengarius Viaderii Nicholaus Falgeros Bn. Laboratoris Johannes Tome Johannes Adroerii Petrus Agulloni Staronus Bes Bn. Taloni R. A. Petrus Domayna Franciscus Fontis Petrus Fabra Bng. Raynardi Besaldunus Aybrini Petrus Julioli Petrus Rasador Petrus Adela Bertrandus Mauris Jacobus Mirii Franciscus Massach G. Volenters Bonanat Salines Joannes Candrona minor dierum Bartholomeus Grasit Johannes

Massaeh Bn. Sobrayn Johannes Yuy G. Costa Johannes Vitalis Arnaldus Dominiei Petrus Salra Petrus Barravi Bn. Romei Bofatus Mir G. Textoris G. Pastoris R. Angles R. Cavallerii G. Laboratoris R. Raynardi Berengarius Corti Johannes Gilsendis Thomas Podivani Johannes Oliva Viceneius Fornerii Jacobus Fontit Arnaldus Romei P. Rubei Franeiscus Cirardi P. Canut P. Caissa P. Sacristani R. Paschalis Johannes Girmani P. Vernet Berengarius Dominiei G. Domingo Jacobus Tornerii P. Aloni Huguetus Bartholomei Bn. Vitalis Johannes Torti G. Vilauta Petrus Raimundi Cirardi G. Mereerii Jaeobus Tandrona P. Seeroni Johannes Pratz Johannes Julioli Jacobus Perpiniani Bn. Torti Johannes Gras Huguetus Pontiliani Bn. Maurs Johannes Talavi Matheus Bonifilii Johannes Barravi G. Torrellos Johannes Ferrarii R. Mir Johanes Hassani P. Vitalis Bn. Voloni R. Vilauta Bn. Blanqueti Bn. Boix P. Regayat R. Bn. Johannes Fustet. R. Mir Johannes Candrona major dierum Johannes Cardia G. Candrona et R. Alena omnes de Baxanis eongregata ad voeem Jacobi Tornerii preconis publiei dieti loei de Baxanis in platea de Baxanis prout est moris in presentia mei seriptoris publici et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum testium ad hee spetialiter voeatorum et rogatorum testium et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alieujus eoncordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa seientia constituerunt et ordinarunt suos certos proeuratores sindicos et aetores Bn. Plenisensus P. Fusterii et Johannem Labo-

ratoris dicti loci de Baxanis presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam gratis recipientes et quemlibet ipsorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero superiori et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domiui Regis boni fideles et legales homines et subjecti pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti deben et tenentur portare suo domino superiori et naturali et etiam ad omnia alia faciendum que et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que

eidem domino Regi placebunt pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et pro aliis debitis regaliis comitatus predicti dictam universitatem et singulares ex eadem faceret in premissis etiam si mandatum exigant speciale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem sindicis et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consententientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum quoniam dicta universitas promissit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exhigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus Johanne Grassi G. Grassi et Petro Raynardi omnibus dicti loci de Baxanis testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Ego Johannes Grassi scriptor publicus de Baxanis qui requisitus per dictos homines de Baxanis

auctoritate domini Elnensis episcopi hec scripsi et hoc Sig✠num feci.

Quiquidem procuratores et sindici vigore potestatis eis tradite in procurationis et sindicatus publico instrumento fecerunt et prestiterunt eidem domino Regi homagium et juramentum sequentia cum publico instrumento cujus tenorem idem dominus Rex mandavit et fecit hic inseri qui est talis.

Noverint universi. Quod die lune intitulata XVII kalendas septembris anno Domni MCCCXLIIII. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri Perpiniani personaliter existente Petrus Fusterii et Johannes Laboratoris procuratores sindici et actores una cum Bernardo Plenisensus et insolidum constituti per universitatem loci de Baxanis constituti legitime cum publico instrumento facto de intitulata tercia decima die mensis augusti anno predicto per Johanem Grassi scriptorem publicum de Baxanis auctoritate domini Elnensis episcopi ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et

cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus Petro domino de Exerica et Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Hugone de Fonolleto legum doctore canonico Elnense et Arnaldo de Moraria vicecancellario consiliariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea V ubi dicitur cia mei et clausi.

—

Subsequenter die anno et loco infra in subinserto publico instrumento contentis subscriptus Arnaldus de Lupia fecit ac prestitit dicto domino Regi homagium et juramentum subscripta cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur sub hac forma.

Noverint universi. Quod die martis intitulata XVI kalendas septembris anno Domini MCCCXL quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri regii Perpiniani personaliter existente in presentia venerabilium Arnaldi de Moraria vicecancellarii Roderici Didaci legum doctoris et Raimundi Totzoni militum consiliariorum et Jacobo de Vedriyans auditoris curie dicti domini Regis et plurium aliorum testium ad hec spetialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Augerius de Lupia fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis que

dictus Arnaldus tenet in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Arnaldum de dictis feudis per capucii traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis de quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum dicti domini Regis quam etiam ad requisitionem dicti Arnaldi fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Arnaldo.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et daminationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

Die loco et anno ac presentibus testibus antedictis Bernardus de Ribesaltes domicellus fecit ac prestitit ipsi domino Regi homagium et juramentum similia cum publico instrumento in posse scriptoris et notarii supra proxime expressati.

Item eisdem loco die et anno inferius nominati fecerunt ac prestiterunt ipsi domino Regi homagium et juramentum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hiis verbis.

Noverint universi. Quod die martis intitulata XVI kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe

et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera sui castri Perpiniani personaliter existente in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum Franciscus Saragosça miles Raimundus de Villalonga domicellus et Raimundus Datzat domicellus fecerunt ac prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt ipsi domino Regi quod ipsi et eorum successores erunt dicto domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem. Quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda. Presentibus venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Roderico Didaci legum doctore et Raimundo Totzoni militibus consiliariis et Jacobo de Vedrinyans auditore curie dicti domino Regis et pluribus aliis testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domi-

ni Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et cum suppraposito in linea II ubi dicitur et Ceritanie et clausi.

—

Postea die veneris intitulata XIII kalendas septembris anno Domini MCCC quadragesimo quarto procuratores et sindici subsequentes comparuerunt coram dicto domino Rege et sibi exhibuerunt quoddam publicum instrumentum procurationis et sindicatus eorum cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hac forma.

Pateat universi. Quod die mercurii intitulata tertio idus augusti anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto universitas hominum Turrille congregata ad sonum campane et ad vocem seu preconizationem Petri Valentis preconis publici dicti loci intus videlicet ecclesiam Sancti Juliani loci predicti de Turrille prout moris est ipsam universitatem congregari in qua universitate presentes fuerunt B. Jauberti bajulus dicti loci Bn. Durandi Poncius Johannis Raimundus Auleti Raimundus Pals Andreas Guiterii junior Anthonius Vives Bn. Viver Guillermus Sosvila Arnaldus Guiterii B. Daleta Martinus Masoti B. Dalmacii B.

Choyrii Bartholomeus Sosvila Bartholomeus Fabri Gui llermus Cardadorii Arnaldus Corbarie B. Arnaldus Cor rati B. Gitardi Andreas Breuconi B. Torrentis Arnal. dus Sustelle Julianus Fabri Simon Palacii Berengarius Martini Raimundus Oryas B. Desiyau junior Guillermus Mirii Berengarius Radulfi Raimundus Eymerici B. Frayxe P. Ferrarii Petrus Ruylli Jacobus Sonnerii Petrus Boneta Petrus Puyols Raimundus Vital B. Aybrini Johannes Gisfredi Guillermus Fabri junior Torrelanus Philippi Bartholomeus Eymerici Guillermus Fabri Petrus Dalmacii Michael Corrati Raimundus Boneta Laurencius Bosch Guillermus Castilionis Johannes Desiyati B. Barbarani Guillermus Massoti Arnaldus Joli Johannes Corbarie Guillermus Calveti Anthonius Calveti Bn. Martini Petrus Amalrici Petrus Massoti Petrus Thome Guillermus Fabri Petrus Fabri Petrus Guiterii B. Beroni Guillermus Fabri G. Desiyati Guillermus Martini Anthonius Davini Johannes Torrati Jacobus Torrati Anthonius Fabri Petrus Fabri Guillermus Desiyati junior P. Radulfi Hugo Cardonis Anthonius Torrati Bartholomeus Carbonelli Johannes Cucha B. Massoti B. Eymerici Petrus Orias Arnaldus Davini Petrus Aveus Petrus Guiterii Raimundus Massoti P. Correls B. Çalaterii B. Segnini Petrus Vives Petrus Daleta et Guillermus Philiippi omnes dicti loci de Turrille in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum ipsa universitas et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradictione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia et etiam de mandato

domini judicis infrascripti et ejus auctoritate et decreto constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Laurencium Corbarie et Andream Giffredi dicti loci de Turrille presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum ipsorum inceptum fuerit per alterum eorum mediari prosequi valeat et finiri etiam quod occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri. Ad comparendum coram excellentissimo ac potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et superiori et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi boni fideles et legales homines et subjecti pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino superiori et naturali et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et

dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt quantam tamem pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et pro aliis debitis regaliis comitatus predicti dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedentes eisdem sindicis procuratoribus et actoribus et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores et actores vel eorum alterum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et pro inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas et ipsius singulares promiserunt firma et solemni stipulatione in posse et manu mei dicti notarii stipulantis et exigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores vel eorum alterum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno quibus supra presentibus testibus Petro Davini domicello B. Griffedi Petro Madove de

Caneto Raimundo Calaff de Clayrano adhibitis vocatis et rogatis et mei Petro Jacobi notario infrascripto. Et nos Petrus Tome judex ordinarius de Turrille super presenti instrumento hujusmodi sindicatus causa cognita existentes in curia dicti loci sedentesque pro tribunali auctoritatem nostram judiciariam interponimus et decretum et hoc Sig✠num nostrum aponimus pridie idus augusti anno predicto in testimonium premissorum in presentia et testimonio Petri Davini domicelli B. Durandi de Turrille et mei dicti Jacobi auctoritate nobilis domini vicecomitis de Caneto notarii publici de Turrille qui hec omnia requisitus recepi scripsi et hoc Sin✠num feci.

Vigore cujus procurationis et sindicatus ac potestatis eis tradite in eodem fecerunt ac prestiterunt ipsi domino Regi homagium et juramentum subscripta cum publico instrumonto cujus tenor hic insertus mandato domini Regis hic est.

Noverint universi. Quod die veneris intitulata tertio decimo kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri Perpiniani personaliter existente Laurencius Corbarie et Andreas Griffedi procuratores sindici et actores per universitatem loci de Torrillis constituti legitime cum publico instrumento facto die mer-

curii intitulata tertio idus augusti anno predicto per Petrum Jacobi auctoritate nobilis vicecomitis de Caneto notarium publicum de Turrillis ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus et sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorumdem. Presentibus nobili Petro de Fonolleto vicecomite Insule Galcerando de Bellopodio majordomo Hugone de Fonolleto legum doctore venerabilibus Arnaldo de Moraria

vicecancellario Roderico Didaci legum doctore Raimundo Totzoni milite consiliariis et Guillermo de Moraria scriptore predicti domini Regis ad hec pro testibus spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea V ubi dicitur mei et in XIII ubi continetur Hugonis de Fonolleto legum doctore et clausi.

Item ibidem ipsis die et anno infrascripti procuratores et sindici comparuerunt coram dicto domino Rege et eidem obtulerunt quoddam publicum instrumentum procurationis et sindicatus eorum cujus tenor hic insertus mandato domini Regis sequitur sub hac forma.

Pateat universis presentem scripturam inspecturis. Quod die et anno et testibus infrascriptis in loco de Turano ad sonum simbali ut moris est congregati G. Argimir Jacobus Anaffardi Guillermus Pasuls Johannes Giguinta B. Solsa Johannes Rossilionis Johannes Bonifilii Raimundus Solsa Petrus Jamberti Petrus Venteyo B. Angles B. Falva Johannes Descave Bertus Beleyxa Raimundus Angles Petrus Turani B. Costa Johannes Jauberti Johannes Salveti Johannes Fabri Johannes Piquerii Johannes Boccali Jaccobus Peyroni B. Camaurarii Johannes Colch Raimundus Boniamici Petrus Coch Raimundus Guillermi Petrus Aurus Rai-

mundus Verna Johannes Berengarii Martinus Joli Bartholomeus Carregadur Johannes Ermengaldi Guillermus Andree Guillermus Adalberti Arnaldus Salvati Arnaldus Eudusa P. Mercator Joli Fabri Guillermus Monerii Petrus Joli Berengarius Gros Guillermus Linos Petrus Fabri Johannes Tiribon Guillermus Guos B. Cebanerii B. Soderei Jacobus Fusterii Jacobus Andree Petrus Scafferdi Guillermus Durandi Vital Correnclı Guillermus Maffredi Guillermus Cavalera Jacobus Costa B. Adalberti Johannes Castilionis Ardus Patau Petrus Verdala Raimundus Maureylli Berengarius Lancerii Guillermus Monerii Johannes Sabaterii Guillermus Moles B. Moles B. Salena Petrus Gros Petrus Venguti Petrus Reg Poncius Guillermi Raimundus Richa Johannes Spayolli et Johannes Salvati omnes de Turano ad hec unanimiter corcordantes absque contradictione alicujus gratis et spontanea voluntate et ex certa sciencia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Guillermum Grosse et Berengarium Pignerii dicti loci presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam sucipientes et quemlibet eorum insolidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro

parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero superiori naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi boni fideles et legales homines et subjecti pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino superiori naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quemlibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt quantum pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et pro aliis regaliis debitis comitatus predicti dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem sindicis et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel eorum quilibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita va-

lidum et firmum perpetuo et proinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quilibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promisit firma et solempni stipulatione in posse et manu mei notarii dicti stipulantis ex exhigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod fuit actum receptum et laudatum per dictam universitatem die duodecima mensis augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. In presentia et testimonio Petri Sayselli Petri Deulosalvi et R. Figueres presbiterorum de Turano ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum. Ego Guillermus Griffedi vice notarii subscripti hec scripsi.

Ego Raimundus B. notarius publicus de Rippisaltis et de. . . . . . . auctoritate domini Elnensis episcopi subscripsi et hoc Sig✠num feci.

Qui quidem procuratores et sindici virtute potestatis eis tradite in instrumento publico preinserto fecerunt et prestiterunt prefatu domino Regi homagium et juramentum cujus tenor hic insertus mandato ipsius

domini Regis est qui sequitur in hiis verbis.

Noverint universi. Quod die veneris intitulata XIII kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie personaliter existente in quadam camera sui castri Perpiniani Guillermus Gros et Berengarius Piquer sindici et actores per universitatem loci de Turano legitime constituti cum publico instrumento facto die duadecima augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto per Raimundum Bn. auctoritate domini Elnensis episcopi notarium publicum de Rippisaltis et de Turano ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis juramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et suc-

cessoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobili P. de Fonolleto vicecomite Insule Galcerando de Bellopodio majordomo Hugone de Fonolleto legum doctore Elnense canonico ac venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Roderico Didaci legum doctore Raimundo Totzoni militibus consiliariis et Guillermo de Moraria scriptore dicti domini Regis pro testibus ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci et clausi.

—

Deinde die dominica intitulata XI kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto sindici et procuratores universitatis loci de Corniliano conscripti in subsequenti publico instrumento exhi-

buerunt ipsi domino Regi quoddam publicum instrumentum cujus tenor insertus mandato dicti domini Regis est qui sequitur in hac forma.

Pateat universis. Quod die martis intitulata quarto idus augusti anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto convocata universitate hominum loci de Corniliano ad mandatum venerabilis Berengarii de Villarasa procuratoris ad homagia recipiendum in terris Confluentis per dominum Regem infrascriptum spetialiter constituti convenerunt prope januam ecclesie monasterii dicti loci homines infrascripti vide. licet Cornilianus Soguet Arnaldus Spinavell Johannes Vivos Raimundus Mathei faber Bernardus Martini Raimundus Conill Raimundus Geraldi Guillermus Figuera Guillermus Baus Guillermus Gurguya Raimundus Regis Petrus Turuyll Bernardus Joherii Petrus Tros Bn. Rigaudi Petrus Verneti Berengarius Pitalast Bn. Mulloni Bn. Bardoyl Bartholomeus Carolli Guillermus Salvati Bn. Savarich Guillermus Guasch Guillermus Fornols Raimundus Alamany Guillermus Mauri Guillermus Fabri Bn. Rosselli Petrus Conomina Bn. Çabaterii Bernardus Gessolli Jacobus Asemar et Petrus Vives. Et ibidem in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum dicti homines pro universitate hominum dicte loci ut predicitur congregati et universitatem etiam ejusdem loci facientes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinaverunt suos certos procuratores sindicos et actores Bernardum Benaseta et

Bn. Colombi dicti loci presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et utrumque ipsorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem, infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsiçe comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singulares ejusdem Et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine ac pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius ex·

pressatis. Concedendo eisdem et utrique eorum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel alterum eorum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum quoniam dicta universitas promisit firma et solemni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores seu per alterum eorum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno ac lolo predictis. Presentibus Poncio Bn. presbitero Petro Dominici beneficiato in monasterii supradicto et Bn. Guardia testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num mei Guillermi de Sancto Ilario auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum. Qui predictis interfui et hec scripsi et clausi cum litteris rasis et emendatis in quinta linea ubi dicitur spetialiter vocatorum et rogatorum dicti homines.

Qui vigore potestatis eis tradite in ipso publico instrumento fecerunt et prestiterunt jam dicto domino Regi homagium et juramentum sequentia cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Noverint universi. Quod die dominica intitulata XI kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie personaliter existente in quadam camera sui castri Perpiniani Bernardus Colom et Bn. Bonata procuratores sindici et actores legitime constituti per universitatem loci de Corniliano cum publico instrumento facto die martis intitulata quarto idus augusti anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto per Guillermum de Sancto Ilario auctoritate regia notarium publicum per totam terram et dominationem eiusdem domini Regis ad ea que inferius continentur in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta

universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti. Et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et camplebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum et dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobili Guillermo de Bellaria gubernatore Rossilionis et Ceritanie ac venerabilibus Raimundo Sicardi scriptore dicti domini Regis ad hec pro testibus spetialiliter vocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea prima ubi dicitur septe et in tertia ubi continetur Bernardus et clausi.

—

Preterea quadam die intitulata X kalendas septembris anno proxime dicti sindici et procuratores qui describuntur in sequenti publico instrumento exhibuerunt prefato domino Regi quoddam publicum instrumentum sindicatus et procurationis eorum cujus tenor hic insertus mandato domini Regis sequitur sub hac forma.

Pateat universis. Quod vicesima segunda die mensis augusti anno incarnationis Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto universitas loci de Apiano congregata in platea ejusdem loci ad vocem Petri Yserni tunc preconem publicum dicti loci prout moris est in presentia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum scilicet Guillermus Nigri Johannes Nigri Armigerii Orteres Bn. Sereti Bn. Orteres Raimundus Gitardi Johannes Treneaulli Petrus Pauqueti B. Termeunsii Andreas Pastor Johannes Amarelli Johannes Sabaterii Stephanus Baret Arnaldus Sala Petrus Pauleti Petrus Pontes Johannes Martoni Johannes Laurencii Johannes Auteu Arnaldus Porcell Bn. Porcelli Guillermus Porcelli Petrus Nigri Petrus Arcari Johannes Tornabeti Petrus Cornabeti A. Ruilani Bn. Costa Guillermus Jugueti Petrus Cuxxos Johannes Codaleti Guillermus Monerii Petrus Codaleti Bn. Juliani Petrus Puig Bernar-

dus Pastoris Guillermus Pigueti Pètrus Pastoris Guillermus Escoti Johannes Scoti Petrus Salvati Bn. Salvati Guillermus Boeti Johannes Troverii Petrus Godinar Raimundus Sala Petrus Esteve Bn. Cathalani Petrus Cerviliani Johannes Burguesii Petrus Burgesii Bernardus Gilaberti Johannes Solani Guillermus Pigueti Jacobus Auten Guillermus Pug Raimundus Solerii Petrus Saylla Arnaldus Oliverii Pascal Trivila Bn. Trivila Johannes Caleti Guillermus Janto Johannes Manuti Petrus Traverii Johannes Codaleti Petrus Thomas Johannes Cassaneti Bn. Orteres Petrus Vingaudi G. Termensii Dalmau Orteres Johannes Forti Arnaldus Portelli Bernardus Portelli Guillermus Portelli Jaubertus Albanelli Vinceneius Menuti Bernardns Benet Petrus Ferrarii Guillermus Pastoris Bn. Solerii Jacobus Avinionis Petrus Mansipii Petrus Mariti Guillermus Çabaterii Petrus Negrals Bernardus Porcelli de Cellaria Jacobus Franc Petrus Sugerii Guillermus Franch Bn. Malauselli Guillermus Solani Johannes Solani ejus frater Clayra Termensii P. Annovato Bn. Artoni major dierum Mathex Vingraudi Guillermus Aucioli G. Mafirdi Raimundus Vitalis Johannes Maselerii Petrus Mirii Jacobus ✓ralo Bernardus Pellforti Bernardus Terri P. Bireoni Franciscus Andre Petrus Carcassone Johannes Pauqueti G. Mansipii Johannes Thome Guillermus Boni Arnaldus Quilani Guillermus Costa Raimundus Tryxeyre Guillermus Joli Petrus Michael Guillermus Sartoris Petrus Aurioli Arnaldus Sequi Petrus Carrera Guillermus Almesani Guillermus Artari Bn. Arteri flaquerius Andreas Pastoris junior

Bernardus Gras Bn. Jorcore Arnaldus Terme Johannes Rasigeres Petrus Carcassone Petrus Miril Petrus Bn. Artavi Arnaldus Artavi Jacobus Fabri Bn. Rasedor Guillermus Carcassona taulerii Marchus Cornabeti Raimundus Gros Petrus Baroni Franciscus Scoti Jacobus Juliani Laurencius Font Bernardus Gasayola Sontelli Johannes Thome Arnaldus Estiei Petrus Gasayola Bernardus Maselerii Johannes Maselerii ejus filius Bernardus Pastoris Bn. Gasayola Petrus Pastoris Petrus Riquelmi Bn. Morruti Johannes Thome Bn. Marconi Johannes Burguesii Bn. Aurioli Johannes Cuxos Johannes Boxeti Guillermus Ponçs Guillermus Pauleti Guillermus Sartoris Stephanus Jordani Guillermus Faber Guillermus Jelforti Bn. Artavi Michael Auselli Arnaldus Martini Bn. Cornaboti Guillermus Aurioli junior Arnaldus Banet Raimundus Porcelli Arnaldus Santolli Jacobus Manerbes Bn. Manerbes Petrus Insegues Petrus Mancipii Perpinianus Seguini Petrus Aurioli Johannes Cornabeti Petrus Saylla Petrus Cornabeti R. Saylla Johannes Masalerii Petrus Artavi Bn. Guitardi Michael Pastoris Arnaldus Jalforti Guillermus Stephani Bn. Sayla sennior Petrus Paborde Corola Vila Petrus Vingaudi sennior Bn. Sistoriis Costa Petrus Perdigo Bn. Vingaudi Johannes Comitis Petrus Bn. Graloni Petrus Pauleti Guillermus Pauleti Petrus Carcassona Guillermus Carcassona Petrus Pontes Guillermus Burgues Petrus Morruti Johannes Artavi Johannes Pauqueti Raimundus Treneavel Petrus Graloni Petrus Carreta Petrus Monuti Guillermus Dotesii et ipsius singulares ad hec unanimiter absque contradic-

tione alicujus concordantes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores videlicet Raimundum Seguini Arnaldum Aurioli Michaelem Comitis ejusdem loci et universitatis ibidem presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et quemlibet ipsorum in solidum ita quod occupantis vel occupantium conditio melior non existat set quod per unum vel plures inceptum fuerit per alium vel alios mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem vel occupantes infirmitate vel alio impedimento legitimo minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero superiori et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide ejus homagii et religionis juramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi boni fideles et legales homines et subjecti et jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus Rossilionis predicti et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino

superiori et naturali et etiam omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt quantum pro jure superioritátis seu generalis jurisdictionis et pro aliis debitis regaliis comitatus predicti dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem sindicis procuratoribus et actoribus et eorum cuilibet super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores et actores vel eorum quemlibet actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et proinde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum quoniam dicta universitas promisit firma et solempni stipulatione in posse et manu mei dicti notarii publici stipulantis recipientis et exigentis nomine dicti domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos vel actores et eorum quemlibet actum gestum fuerit seu etiam procuratum et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum intus locum

de Apiano die et anno quibus supra in presentia et testimonio dominorum Petri Portelli Jacobi Tornabeti Bn. Pauqueti presbiterorum testium adhibitum et vocatorum ac rogatorum et mei Raimundi Aurioli notarii qui hiis omnibus interfui et requisitus recepi scribsi et clausi et supra scripsi in XIIII linea Guillermus Dotesii.

Ego idem Raimundus Aurioli notarius publicus de Apiano et de Bompassu auctoritate domini Elnensis episcopi scripsi et hoc Sig✠num feci.

Vigore cujus procurationis et sindicatus et potestatis eis tradito in eadem fecerunt ac prestiterunt ipsi domino Regi homagium et juramentum subscripta cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis talis est.

Noverint universi. Quod quadam die intitulata X kalendas septembris anno Domini Millesimo trecentessimo quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in quadam camera castri regii Perpiniani personaliter existente Raimundus Seguini Raimundus Aurioli et Michael Comitis loci de Apiano procuratores sindici et actores per universitatem loci de Apiano constituti legitimi cum publico instrumento facto XXII die mensis augusti anno incarnationis Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto per eundem Raimundum Aurioli

notarium publicum de Apiano et de Bonopassu auctoritate Elnensis episcopi ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie boni fideles et legales pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem in omnibus tanquam domino superiori et naturali pro quibus omnibus et singulis antedictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum ac dictam universitatem et singulares ex ea et successores dicte universitatis et singularium ejusdem et etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus Gilaberto de Sintillis et Galcerando de Bellopodio majordomo nec non venerabilibus Roderico Didaci milite et Johanne Ferdinandi Munionis magistro rationali legum doctoribus consi-

liariis dicti domini Regis testibus ad hec spetialiter evocatis et pluribus aliis in multitudine copiosa.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scripsi et clausi.

—

Postmodum die intitulata VIII kalendas septembris anno predicto infrascriptus Guillermus Masso comparuit coram dicto domino Rege sibique fecit ac prestitit juramentum et homagium sequens cum publico instrumento cujus seriem idem dominus Rex mandavit hic inseri qui sequitur in hiis verbis

Noverint universi. Quod die intitulata octavo kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in loco de Tuyrio personaliter existente in presentia nobilium virorum Petro de Fonolleto vicecomitis Insule et Galcerando de Bellopodio ac venerabilium Johannis Ferdinandi Munionis magistri rationalis Roderici Didaci legum doctorum et Ferrarii de Caneto militum dicti domini Regis

consiliariorum et plurium aliorum testium ad hec specialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi notarii infrascripti Guillermus Masso de Castronovo fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro turri de Castronovo quam tenet pro ipso domino Rege in feudum. Et confestim dictus dominus Rex eandem Guillermum de dicto feudo per capucii traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis de quibus omnibus supradictis tam ad mandatum dicti domini Regis quam ad requisitionem dicti Guillermi fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Guillermo.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum suppraposito in linea III ubi dicitur Ferdinandi et cum suppraposito in linea II ubi legitur et Ceritanie et clausi.

Et nichilominus ibidem ipsa die infrascriptus Petrus Tornabeyo domicellus fecit ac prestitit eidem domino Regi homagium ac juramentum consimile de verbo ad verbum cum publico instrumento facto in posse mei

dicti Francisci Fuxi presentibus testibus supra proxime expressatis.

Deinde coram dicto domino Rege gravi exposita querimonia per amicos Petri Ardoverii jurisperiti Podii Ceritani qui cum quibusdam aliis sindicis ville Podii Ceritani ad ipsius domini Regis presentiam apud Perpinianum pro faciendo sui nomine dicte ville homagium veniebant quod idem jurisperitus fuerat previa concitatione populi dum per Villamfrancham Confluentis simul cum dictis suis consindicis faciebat transitum interfectus ibidem per aliquos dicte ville. Ideo et quare etiam homagia ab universitate dicte Villefranche recipere ibidem intendebat die jovis intitulata VII kalendas septembris anno Domini Millessimo CCC quadragesimo quarto idem dominus Rex ingressus fuit villam candem ubi ordinavit de dicta morte inquisitionem fieri diligentem et nichilominus consnles dicti loci in sua presentia evocavit eisque mandavit quod sindicatum et procurationem ordinarent et facerent ut sibi juramentum et homagium fieret ac prestaretur quod protinus dicti consules et tota universitas dicte ville procurarunt ea fieri et compleri.

Et nichilominus ipsa die aliqui de dicta villa qne fuerunt vocati ad ea et parte domini Regis predicti fecerunt et prestiterunt sibi homagium et juramentum subscripta cum publicis instrumentis tenores quorum hic inseri mandato dicti domini Regis sequntur per ordinem in hunc modum.

Noverint universi. Quod die jovis intitulata septimo kaleudas septembris anno Domini Millesimo trecentessimo quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie existente personaliter in quadam camera monasterii fratrum minorum Villefranche Confluentis in presentia notarii et testium subscriptorum Bartholomeus Oltzina Franciscus Bambaserii Johannes Lorde consules nomine eorum proprio et totius universitatis Bernardus de Pratiis Jacobus Arayoneti Guillermus Arnaldi de Cartaxio Petrus Rippe Franciscus Viaderii Jacobus Guillermi et Jacobus Martini de Vilafrancha Confluentis fecerunt et prestiterunt homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis eidem domino Regi tactis per eos sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt dicto domino Regi ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie quod ipsi et eorum successores erunt ipsi domino Regi et successoribus suis contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt ipsi domino Regi et successoribus bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis obligarunt dicto domino Regi se ipsos et

successores ipsorum et omnia bona eorum et successorum suorum ubique habita et habenda. Presentibus nobilibus Petro domino de Exerica et Jacobo de Aragonia ac venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Ferrario de Caneto majordomo Garcia de Loriç et Ferrario de Villafrancha militibus ac Johanne Ferdinandi magistro rationale et Roderico Didaci legum doctoribus consiliariis dicti domini Regis ad hec spetialiter evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea X ubi dicitur domino et clausi.

Noverint universi. Quod die jovis intitulata septimo kalendas septembris anno Domini Millessimo CCC quadragesimo quarto Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanie in domo fratrum minorum Villefranche Confluentis personaliter existente in presentia nobilium Petri domini de Exericha et Jacobi de Aragonia ac venerabilium Arnaldi de Moraria vicecancellarii Johannis Ferdinandi Munionis magistri rationalis Roderici Didaci legum doctorum ac Ferrarii de Caneto Garcie de Loriç et Ferrarii de Villafrancha militum consiliariorum dicti domini Regis testium ad hec spetialiter vocatorum nec non mei Francisci Fuxi

notarii infrascripti Michael Tort de Villafrancha Confluentis fecit ac prestitit eidem domino Regi juramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangeliis et cruce Domini ac homagium ore et manibus comendatum tanquam domino et comiti Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis Vallispirii et Coquiliberi pro feudis videlicet que dictus Michael tenet pro ipso domino Rege in ipsis comitatibus atque terris. Et confestim dictus dominus Rex eundem Michaelem de dictis feudis per capucii traditionem presentialiter investivit juribus suis feudalibus semper salvis. De quibus omnibus supradictis et singulis tam ad mandatum ipsius domini Regis quam ad requisitionem dicti Michaelis fuerunt facta duo publica instrumenta quorum alterum remaneret penes ipsum dominum Regem et alterum traderetur ipsi Michaeli ad memoriam premissorum. Que fuerunt acta die et anno predictis presentibus testibus supradictis.

Sig☒num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea III ubi dicitur personaliter existente in presentia nobilium et in V ubi continetur mei Francisci Fuxi et clausi.

Quibus peractis idem dominus Rex ordinavit in civitate Ilerde generale teneri et fieri parlamentum in festo Sancti Michaelis instantis mensis septembris ut ibidem compleretur et fieret misericordiosum esguar-

dum habiturum per dominum Regem inclito Jacobo de Majoricis prout per ipsum dominum Regem promissum ei fuerat in castris apud Elnam die qua idem inclitus Jacobus in sua se posuit potestate.

—

Postea die veneris intitulata VI kalendas septembris anno predicto Domini MCCCXLIIII sindici et procuratores subscripti comparuerunt coram domino Rege cui exibuerunt quoddam publicum instrumentum sindicatus et procurationis eis facte per universitatem locorum de Setdenya Joucet Marmians Mirles de la Guardia et de Flassa cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Pateat universis. Quod die jovis intitulata XIIII kalendas septembris anno Domini MCCCXLIIII. Convocata universitate locorum de Setdenya Joncet Marmians Mirles la Guardia et de Flassa ad mandatum venerabilis Berengarii de Villarrasa procuratoris ad homagia recipiendum in terris Confluentis per dominum Regem infrascriptum spetialiter constituti convenerunt in loco de Starono homines infrascripti videlicet Raimundus Salvati Johannes Serdana Sethdenya Calveti Cosme Salvati G. Pagani P. Capitisville Johannes Pagani Guillermus Salvati P. Stephani P. R. Bn. Guardia P. Barcelona G. Martini P. Sapientis P. Ca-

nal R. Bn. P. Dominici G. Tasquerii P. Valls P. Calveti G. Martini Bartholomeus Barcelona Johannes Sapientis Joncetus Cerdani Jacobus Sunyerii G. Sança Jacobus Torrentis Johannes Livia Johannes Arsendis Raimundus Sapientis P. Michaelis G. Cathalani Petrus Adroverii G. Guardia R. Poncii G. Vitalis R. Martin Johannes Rippe G. Tasquerii Joncetus Martini Jacobus Vall P. Çabaterii R. Solerit A. Parentis Bn. Salvati Johannes Deyna G. Poncii Johannes Martini P. Ademarii G. Moragues P. Cathalani Bn. Sança Johannes Martini G. Parentis et Johannes Fabri. Et ibidem in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum dicti homines pro universitate hominum dictorum locorum facientes gratis et spontanea voluntate et ex certa scientia constituerunt et ordinarunt suos procuratores sindicos et actores Martinum Fusterii et G. Colomerii presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et utrumquo ipsorum insolidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prosequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat minime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem et ad prestandum eidem domino Regi tanquam vero et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomi-

ne et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis juramenti promitant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domino Regi contra omnem hominem mundi boni fideles et legales homines et subjecti portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti deben et tenentur portare suo domino naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria utilia vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea faceret in premissis etiam si mandatum exigant speciale et sint majora serius expressatis. Concedendo eisdem et utrique eorum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem cum plenissima facultate volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos procuratores vel actores vel per alterum eorum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promissit firma et sollempni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exhigentis nomine domini Regis et aliorum omnium quorum interest vel interesse poterit vel debebit habere

ratum gratum et firmum quicquid super premissis omnibus et singulis per dictos procuratores sindicos et actores seu per alterum eorum actum gestum fuerit seu etiam procuratum. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis dicta universitas et singulares ejusdem obligarunt se et bona ipsius universitatis et singularium ejusdem et cujuslibet eorundem presentia et futura. Quod est actum die et anno ac loco predictis presentibus Francisco Patavi et Codoleto et Bertrando de Matamala bajulo de Starono testibus adhibitis vocatis et rogatis.

Sig✠num mei G. de Santo Ilario auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini Regis Aragonum qui predictis interfui et hec scripsi et clausi cum litteris rasis et emendatis in VI linea ubi dicitur in presentia et in linea XIX ubi dicitur Fran.

Qui quidem sindici vigore potestatis eis tradite in dicto sindicatus instrumento fecerunt et prestiterunt dicto domino Regi homagium et juramentum subscriptum cum publico instrumento cujus tenor hic insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hiis verbis.

Noverint universi. Quod die veneris intitulata VI kalendas septembris anno Domini MCCCXLIIII Serenissimo ac magnifico principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceri-

tanie existente personaliter in quadam camera monasterii fratrum minorum Villefranche Confluentis G. Colomerii et Martinus Fusterii procuratores sindici et actores per universitatem locorum de Sethdenia Jonçet Marmians Mirles la Guardia et de Flassa constituti legitime cum publico instrumento facto per Guillermum de Sancto Ilario auctoritate regia notarium publicum per totam terram et dominationem dicti domini Regis die jovis intitulata quartodecimo kalendas septembris anno predicto ad ea que inferius continentur in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec spetialiter vocatorum proprio nomine ipsorum et totius universitatis predicte et singularium ex ipsis et successorum suorum fecerunt et prestiterunt ipsi domino Regi homagium ore et manibus ac sacramentum fidelitatis tactis per eum sacrosanctis quatuor Dei evangelis et cruce Domini sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promiserunt nominibus supradictis eidem domino Regi quod ipsi et dicta universitas et singulares ejusdem et eorum successorum erunt ipsi domino Regi et successoribus suis ut domino et comiti Rossilionis et Ceritanie contra omnem hominem mundi boni fideles ligii et legales homines et subjecti et quod portabunt eidem domino Regi et dictis successoribus suis bonam et rectam ac legalem fidem quodque facient et complebunt omnia alia que ad fidelitatem pertineant prout fideles homines et subjecti debent et tenentur portare ac facere eorum domino naturali. Pro quibus omnibus et singulis supradictis attendendis et complendis iidem procuratores sindici et

actores nominibus quibus supra obligarunt memorato domino Regi se ipsos et successores ipsorum etiam omnia bona sua et dicte universitatis et singularium eorundem. Presentibus nobilibus Petro domino de Exericha et Galcerando de Bellopodio majordomo ac venerabilibus Arnaldo de Moraria vicecancellario Ferrario de Villafrancha milite Roderico Didaci legum doctore consiliariis dicti domini Regis et pluribus aliis ibidem pro testibus evocatis.

Sig✠num mei Francisci Fuxi scriptoris dicti domini Regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem. Qui predictis interfui eaque in hanc formam publicam redigens requisitus scribi feci cum raso et emendato in linea VI ubi dicitur eia mei et clausi.

Et nichilominus eadem die veneris ibidem Raimundus Çabaterii et Guillermus Iserni in instrumento sequenti contenti comparuerunt coram ipso domino Rege et sibi etiam obtulerunt quoddam publicum instrumentum procurationis ipsorum cujus tenor infra insertus mandato dicti domini Regis sequitur in hunc modum.

Pateat universis. Quod die martis intitulata nono kalendas septembris anno Domini Millesimo trecentessimo quadragesimo quarto convocata universitate hominum locorum de Glorianes et de Rigarda ad mandatum venerabilis Berengarii de Villarasa procuratoris ad homagia recipiendum in terris Confluentis per dominum Regem infrascriptum spetialiter constituti con-

venerunt prope Turrim de Rigarda homines infrascripti videlicet . . . . Bajuli Berengarius de Conamines Raimundus Bes . . . . Guillermus Juliani Bn. Saurina Petrus Johannes . . . . Perpinianus Pujol Perpinianus Ulni Bn. Fabre Andrea Bach Perpinianus Royre Guillermus Amill Perpinianus Clauses Arnaldus Salvaur Petrus Perpiniani Franciscus Vesiana Bn. Serrat Petrus Roure et Petrus Textoris loci de Glorianes Petrus Bajuli Petrus Ballessa Guillermus Codoleti Guillermus Marchi Arnardus Gallarda Petrus Silvestri Bernardus Coroni Arnaldus Berengarii Raimundus Vilella Bn. Conomines Johannes Amici Petrus Vilella Petrus Oltzina Guillermus Argenti Guillermus Lança Guillermus Autzera Raimundus Pellicerii Petrus Rippe Martinus Molinerii bajulus Guillermus Boshom et Bn. Savart loci de Rigarda et ibidem in presentia notarii et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum dicti homines pro universitate hominum dictorum locorum ut predicitur congregati et universitas etiam dictorum locorum facientes gratis et spontanea voluntate et ex certa sciencia constituerunt et ordinarunt suos certos procuratores sindicos et actores Raimundum Çabaterii loci de Glorianes et Guillermum Iserni loci de Rigarda presentes et hanc procurationem sindicatum et actoriam recipientes et utrumque ipsorum insolidum ita quod occupantis conditio melior non existat sed quod per unum inceptum fuerit per alterum mediari prossequi valeat et finiri etiam si occupantem infirmitate vel alio impedimento legitimo contingat mi-

nime detineri ad comparendum coram excellentissimo et potentissimo principe et domino domino Petro Dei gratia Rege Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comitcque Barchinone et Rossilionis vice nomine et pro parte dicte universitatis et singularium ejusdem. Et ad . . . . domino Regi tanquam superiori et naturali domino ipsius universitatis et ejusdem singularium vice nomine et pro parte quibus supra homagium ore et manibus comendatum et fidelitatis juramentum tactis eorum manibus sacrosanctis quatuor Dei evangeliis sub fide cujus homagii et religionis sacramenti promittant eidem domino Regi quod universitas predicta et singulares ejusdem erunt eidem domini Regi boni fideles et legales homines et subjecti pro jure superioritatis seu generalis jurisdictionis et aliis debitis regaliis comitatus predicti. Et portabunt eidem domino Regi bonam rectam sinceram et legalem fidem sicuti fideles homines et subjecti debent et tenentur portare suo domino superiori et naturali. Et etiam ad omnia alia faciendum in et super predictis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem et quolibet eorundem que necessaria vel opportuna fuerint vel etiam que eidem domino Regi placebunt dictam universitatem et singulares ex ea facere in premissis etiam si mandatum exigant spetiale et sint majora superius expressatis. Concedendo eisdem et utrique eorum super premissis omnibus et singulis liberam administrationem eum plenissima facultate. Volentes et expresse consentientes dicta universitas et ipsius singulares quod quicquid per dictos sindicos pro-

curatores vel actores vel per alterum eorum actum gestum vel procuratum fuerit sit ita validum et firmum perpetuo et per inde habeatur ac si a dicta universitate et singularibus ejusdem et eorum quolibet personaliter esset factum. Quoniam dicta universitas promisit firma et solemni stipulatione in posse et manu dicti notarii stipulantis et exigentis nomine domini Regis et . . . .

ADVERTENCIA.

Por el documento incompleto que precede, último que se encuentra en el volúmen que comprende la copia del proceso contra el Rey de Mallorca, no podria deducirse la terminacion completa de todo lo actuado, puesto que corresponde á una clase cuya forma es sumamente repetida, como son todas las procuraciones, nombramientos de síndicos y prestaciones de homenajes por estos en nombre de las universidades ó por todos los hombres de las mismas, y esta vez, ignorándose la continuacion del documento en la página siguiente, no es posible asegurar si fué realmente el último de su clase, qué número, no siendo el último, podia encontrarse á continuacion, ó si, despues de los mismos, pocos ó muchos, seguiria otro de diversa índole y verdaderamente concluyente. Sin embargo, aun cuan-

do la copia del proceso deba llamarse incompleta por quedar truncada la frase del último documento que en él figura, en ninguna manera podrá creerse incompleto el proceso, puesto que el defecto del libro no perjudica lo esencial de la materia que contiene, porque la repeticion de documentos de un mismo género no aumentaria por eso el interés, sobre todo cuando la fecha que llevan es la misma en que cesan, á guiarnos por la historia, los procedimientos de aquel género en los dominios del Rey de Mallorca, por haberse entregado ya este á disposicion del Aragonés en la entrevista de Elna.

Viene mencionado este suceso precisamente dos ó tres páginas antes del documento truncado á que aludimos, esto es, del último de la copia, y en el contenido de la nota que lo refiere se encuentra, en cierto modo, confirmada nuestra opinion tocante á deber ser considerado como completo el proceso, pues aun ignorando el número de folios que pudieran faltar al volúmen ó de páginas escritas que se hubiesen cercenado de la materia, bastaria fijarse en la resolucion que expresa la indicada nota, para juzgar que el proceso habia concluido y que deberia de ser un insignificante fragmento lo cercenado.

Descubre, pues, la mencionada resolucion que el Rey, con ánimo de completar las consideraciones de misericordia que guardaba con el de Mallorca, *(ut ibidem compleretur et fieret misericordiosum esguardum,)* convocaba á parlamento en Lérida para el dia 1.º de setiembre, de manera que lo que en aquel punto y congregacion se resolviese deberia ser el complemento natural y exacto del proceso, ó mejor, la parte documentaria con que deberia acabarse lo relativo á los acontecimientos de Mallorca desde la primera reclamacion del Aragonés, hasta la anexion de aquel

dominio, aprobada, mas ó menos voluntariamente, por todos sus súbditos y por el mismo rey destronado. Pero, no existiendo las actas de aquel parlamento ni de su prorogacion en Barcelona, y sí solo las convocatorias, hemos de remitir al lector en este caso á lo que de él nos relata Zurita y cuenta el mismo Rey en su crónica. Deseosos, sin embargo, nosotros de llenar este vacio, y de proporcionar á los amantes de nuestra historia cuantos datos existan para aclarar mas y mas algunas referencias del proceso ó para suplir las omisiones que alli necesariamente ha de haber, pues documentos existen que, sin ser de índole curial, interesan á la historia ó á la arqueología; á fin de circunscribir la materia de determinados asuntos á tomos completos, hemos resuelto, como suplemento de lo que no podemos producir y para mayor ilustracion del asunto á que se refieren los tomos en donde se halla el Proceso contra el Rey de Mallorca, hacer un detenido exámen de los demás papeles sueltos y documentos copiados en los registros de cancillería que se conservan en este Archivo general, concernientes al mismo asunto, y de ellos formar un curioso apéndice con el que vendrá á completarse el presente volúmen.

Debemos advertir, pues, únicamente al realizar el indicado apéndice, que los documentos escogidos se irán publicando por órden de legajos, ó registros, con numeracion particular para cada uno de estos, aunque colocados siempre cronológicamente en cada coleccion respectiva, que el conjunto de los mismos abrazará desde la época en que empezó á agitarse la cuestion de derecho entre los dos monarcas, aragonés y mallorquin; y que en su eleccion, solo hemos prescindido de aquellos escritos que pueden considerarse como repeti-

dos por reconocerse en su contenido una fórmula general, como son, por ejemplo, los llamamientos á feudatarios, las prórogas, los salvo conductos y otros por el mismo estilo, á menos que resalte en alguno de ellos alguna circunstancia especial que le haga digno de figurar entre los demás escojidos.

APÉNDICE.

APÉNDICE.

—

DOCUMENTOS RELATIVOS Á LA AGREGACION DE LOS ESTADOS DEL REY DE MALLORCA Á LA CORONA DE ARAGON, Á LAS CAUSAS QUE LA PRODUJERON Y Á LA ADMINISTRACION DE ESTOS BAJO EL NUEVO DOMINIO, TOMADOS DE DIFERENTES LEGAJOS Y REGISTROS DEL ARCHIVO GENERAL.

—

Cartas Reales. Legajo. n. 82.

I.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Dilecto consiliario nostro Blasio Daysa salutem et dileccionem. Cum nos ratione exequtionis quam contra Regem Majorice nobis rebellem terras et subditos suos personaliter facere proponimus inmensas pecunie quantitates necessa-

rias habeamus propterea vobis dicimus et mandamus quatenus de omnibus et singulis quantitatibus pecunnie curie nostre penes vos existentibus respondeatis consiliario et thesaurario nostro Bernardo de Olzinellis legum doctori vel cui voluerit loco sui recuperando ab eo apocham vel apochas de quantitatibus ipsis quas i . . . eritis hac de causa. Datum Valencia quarto kalendas januarii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. A. Vicecancellarius.

Molt alt senyor. A nit que fo disapte a ora abans de seny de ladres vos trametem I correu ab letres en queus, signifficavem quel Rey de Mayorcha ab gran multitut de homens, a caval e a peu axi de sues con de strangers es entrat en esta terra e trametiem vos les letres de la certifficacion. El correu pagam e devia esser aqui vuy que es dimenga abans de menjar ara senyor es se aytal cars vengut quel correu de la hostal de Nabeladona cahech e es trencada la cama el bras e ara tot dret e son vengudes a nos les letres que havem reebudes ab gran despleer en som fort torbatz mas en so que Deus vol nes pot als fer ja senyor vos havem trames vuy I correu per lo qual ab letres vos notifficam quel Rey de Mayorcha e les gentz qui ab el son que son CC homens a caval e XV milia homens de peu talen e affoquen e consumen tota esta terra axi

que ja son vers Pontos e Borrasar e venen es ac. en en sa e poden o fer a lur sal car assi no ha veguer ne sotveguer ne loctinent de procurador ne altre official ne regidor ne fem comta de homens a caval ja senyor vos ho havem significat atenetz e provehitz axi com de vos se pertany. Tramctem vos les dites letres senyor per escusacion nostra e per informacion de la vostra altea. Escrita a Gerona dimenga al alba XVI jorns de febrer anno Domini MCCCXL secundo.

Vostres humils Jacme de Miyavila jurat de la ciutat de Gerona e misser Bn. de Burdils.

III.

De nos en Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Serdenya de Corcega e comte de Barchinona. Al feel nostre En Johan Niel habitador de Castello Dampuries. Salut e gracia. Fem vos saber que nos Deu volent entenem a cuytar nostre passatge a les parts de Mollorques ab companya certa de homens a cavall e de peu per raho de la exequcio que fem central Rey de Mallorques a nos rebelle hon com nos ajam obs bons servents pera aço e ajam vos entrels altres elegit per asoldejar e acordar XXV servents bons es a saber XII ballesters e XIII servents ab lançes e ab darts e ab paveses dels quals vos siats cap ho conestable per ço a vos deim e manam que reebut dels dits servents e de cascun dells sagrament

e homenatge de seguir vos e de servir be e leyalment e que estaran a manament de vos e daquell et daquells que nos manarem vos los dits XXV servents asoldejats e acordats de part nostra prometen a ells acurriment de XXV solidos Barchinonesos per cascu per tot lo viatge e X diners Barchinonesos per cascun dia aytant com estaran al dit viatje del dia que partiran de lurs cases tro que sien en la ciutat de Barchinona e depuys aytant con estaran al viatge tro que sien tornats a lurs cases. Et hauran lo sou avançat de XV dies ans ques recullen e seran los dats vexells de mar franchs anan e tornan. Certifican los quels ballesters cascu haura a metre una bona ballesta e bon croch e.... XL tretes e spasa ho maneres ho coltell de cinta e les lançes hauran a metre cascun lança et dart et paves e maneres spasa ho coltell de cinta. E en aço hajats axi com de vos confiam tal diligencia que los dits XXV servents puxam haver sèns falta en la ciutat de Barchinona la qual havem assignada a recullir per passar a Mallorques Deus volent al XXV jorn del mes dabril primer vinent aparellats de recullir e daço ajam vostra resposta per lo portador de la present. Nos empero per lamat tresorer nostre vos farem enviar dins pocs dies moneda per dar los dits acurriments segons quel dit tresorer nos fa saber per sa letra. Data en Barchinona a XXIII dies anats del mes de març del any de nostre Senyor Mil trecents quaranta dos. A. vicecanceller.

IV.

Illustrissimo ac potentissimo principi domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie et Corsice ac comiti Barchinone. Jurati proceres et universitates civitatis et Regni Majorice se ipsos cum omni reverentia et honore receptis celsitudinis vestre litteris continentibus in effectu requisitionem contra serenissimum principem dominum nostrum Regem Majorice per vos nobis factum eisdem ducimus respondendum quod salvam honorificentiam vestre regie dignitatis non est dicendum nec aliqualiter presumendum dictum dominum nostrum Regem sue dignitati et honori contrarium peregisse nec etiam cogitasse. Quinymo prefatum dominum nostrum Regem Majorice tante dignitatis et honoris ac justitie circumfultum pro indubitato habemus et quilibet habere debet fecisse et complevisse omnia ea ad que personis quibuslibet teneatur quem ut pote nostrum dominum naturalem ejusque honorem regnum et terras ex legalitatis et fidelitatis debito semper in voto nobis fuit est et erit in omnem casum defendere contra cunctos ac res et vitam exponere pro eodem cum eum solum principem et dominum nostrum et non alium agnoscamus ac eidem et suis dumtaxat et non cuivis alteri quolibet obligationis astrictos vinculo senceamus nec nos inde retrahere poterunt metus cujusque potentie dampna et

pericula quantacumque taliter nos habentes quod fidelitas qua domino nostro Regi Majorice astringimur et extimatio nostra ac universitatis predicte sincero Deo propicio conservabuntur in omne evum pariterque illese. Datum in civitate Majorice octavadecima die mensis junii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo secundo.

V.

Illustrissimo ac excellentissimo domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie Corsice et comiti Barchinone humiles consules probi homines et universitas ville Podiicerdani vestre celsitudinis gracie se humiliter recomendant. Excellentissime et magnifice domine ad ea que continentur in quibusdam litteris per vestram regiam excellenciam nobis consulibus probis hominibus et universitati nostre Podiicerdani missis per quendam porterium vestre regie excellentie portatis et ad nostram scientiam devolutis harum serie humiliter duximus respondendum quod excellentissimus princeps et dominus noster dominus Rex Majorice salva reverentia vestre regie celsitudinis nichil fecit nec facere consuevit contra ea que facere debuit vel debet nec fecit aliqua ex quibus nos movere rationabiliter opporteat contra eum quem ymo sumus certi quod ipse est fuit et erit paratus perpetuo facere et implere cum effectu quod debebit. Unde cum nos si-

mus veri vassalli subditi et fideles prefati domini nostri Majorice Regis intendimus eum juvare deffendere et valere contra cunctos homines cujuscumque conditionis existant totis nostris viribus ut veri subditi et fideles vassalli ipsorum dominos facere astringuntur. Certifficantes vestram regiam magestatem quod in hac intentione et proposito vivere volumus atque mori. Data in villa Pediiceritani quinta die mensis julii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

VI.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya e de Corcega e comte de Barchinona. Al amat nostre En P. de Posols. Salut e dileccio. Con nos per contradiccio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorca e per altres raons justes en lo proces daquen fet contengudes hajam enantat e continuem denantar a pendre realment totes les terres quel dit En Jacme tenia per nos en feu. E per aço siam entrats en lo comtat de Rossello per pendre realment e per tenir aquel ab tots sos drets e pertinencies en nostra senyoria e dins lo terme del castell de Canet situat dins les limites del dit comtat hajam parades nostres tendes. E tingam en nostra senyoria lo dit comtat en lo qual cas los barons homens de ciutats e viles del dit comtat a nos

axi com a tinent aquell en nostra senyoria sien tenguts de respondre axi com a lur senyor daquelles coses que al dit En Jacme havien acustumat e devien respondre. Per çous deim eus manam que façats a nos homenatge e sagrament de feeltat e totes altres coses que erets acustumat e tengut de fer al dit En Jacme de Mallorca e a ell non responats nel façats en altra manera enantariem contra vos axi com contra aquell qui nega fer a son senyor feeltat e altres coses a que es tengut e en altre manera segons justicia. Dada en les hosts prop Canet sots nostre segell secret a III dies dagost en lany de MCCCXLII. Ja. vidit.

VII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobilibus et dilectis ac fidelibus suis gerenti vices procuratoris in regno Aragonum nec non justiciis merinis bájulis Çalmedinis suprajunctariis et aliis officialibus nostris in dicto regno Aragonum constitutis vel eorum locatenentibus ac omnibus et singulis subditis nostris ejusdem regni. Salutem et dilectionem. Cum Rex Majorice contra conventiones et pacta inter progenitores nostros et suos olim inita et inter nos et ipsum simul et iterum renovata et homagio et juramento nobis per eum tociens prestitis roborata non veritus contra nos et inclitam domum nostram spiritum rebellionis assumere obsti-

nata plurimum et elata protervia omnem superioritatem directum dominium jurisdictiones ac jura feudalia quem habemus in regno Majorice et comitatibus Rossilionis et Ceritanie et terris aliis que tenet a nobis in feudum nec non vassallagium quo pro inde nobis astrictus est denegare presumpserit et nostri objectione dominii quantum in eo est non contentus ante processum quem juste contra ipsum et regnum et terras predictas facere intendimus per terram et mare moverit nobis guerram capiens et capi faciens subditos nostros et bona omnia eis auferens seu auferri precipiens et plures insolentias et excessus contra ipsam regiam magestatem comiserit et com . . . . quem sine magna lesione et diminutione nostre corone regie et totius reipublice non possimus nec debemus sibi aliqua conniventia preterire. Idcirco vobis et cuilibet vestrum dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus ad vindicandum tantum opprobrium et contemptum tantumque dispendium exemplo valde pernitiosum viriliter insurgentes vos dicti officiales et subditi nostri quicumque omnes et singulos subditos dicti Regis et bona eorum que ubique reperire poteritis capiatis captasque personas et bona retineatis donec a nobis aliud receperitis in mandatis. Mandantes etiam vobis firmiter et expresse quatenus quilibet vestrum in loço seu locis sue jurisdictionis preconitzari publice faciatis quod quicumque teneat vel sciat per alium teneri bona gentium vel subditorum Regis Majorice predicti ea manifestare et nobis tradere teneatur sub pena corporum et bonorum. Data Barchino-.

ne VI. Idus augusti anno Domini MCCCXL secundo. A. Vicecancellarius.

VIII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Universis et singulis officialibus Regni Valencie. Salutem et gratiam. Jam volantis fame preloquium ad vos ut credimus precucurrit qualiter Majorice Rex qui guidatus nostram adierat magestatem spiritum rebellionis assumens superioritatem directumque dominum jurisdictionis et jura feudalia que habemus in regno Majorice et comitatibus Rossilionis et Ceritanie ac terris aliis que pro nobis tenet in feudum nec non vassallagium quo pro inde cum sacramento et homagio nobis per eum prestito nostro culmini astricto. . . . . dinoscitur non est veritus denegare. Et quantum in eo est nostri abjectione dominii non contentus durante tempore guidatici memorati . . . . processum quem intendimus facere contra ipsum nobis guerram movere presumpsit capiens nostros subditos et illis auferens bona sua et excedens graviter contra nostram regiam magestatem sub inferre moliter nobis et subditis nostris dispendia graviora parando galeas et alia vasa marina quibus navigia subditorum nostrorum in portubus et plagiis et alibi in mari navigantia capere valeat seu delere ac victualia et quavis alia bona que in illis re-

perire poterit capere indeque sua fortalitia premunire. Quo circa vobis expresse dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus provideatis in maritimis dicti regni cum preconitzationibus publicis et alias quod portus et plagie et navigia in eis sistentia taliter custodiantur et sic solliciter conserventur quod propterea pati nequant dispendium vel discrimen. Et prohiberi etiam faciatis sub pena corporum et bonorum qued nullus audeat navigare cum victualibus vel aliis rebus aut mercibus quibuscumque donec nos in nostris maritimis de tali armata providerimus quod rasa nostrorum subditorum secure valeant navigare. Data Barchinone IIII idus augusti anno Domini MCCCXL secundo. A. Viceecancellarius.

VIIII.

Serenissimo principi domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comitique Barchinone Illustri fratri nostro carissimo. Jacobus per eandem Rex Majorice comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani salutem et prosperos ad vota successus. Pridem intimavimus vestre celcitudini per literas nostras justas et rationabiles causas ob quas licuit nobis subditos vestros et illorum bona in terris nostris capere et ponere sub manu nostre curie et arresto ut super inde causam admirationis nullatenus haberetis super quo noviter vestras responsivas rece-

pimus litteras inter alia continentes quod nobis ex causis aliquibus non tenemini preterquam in certa peccunie quantitate que pro dote Illustris Regine Majorice consortis nostre carissime sororisque vestre nobis debetur. Pro qua potestates quas dicti Regni Majorice et quarundam aliorum terrarum nostrarum nobis fuisse asseritis titulo pignoris obliguatas et quod nos obliguatione hujusmodi contenti ut dicitur numquam verbo vel scripto vos pro illa duximus requirendos sic quod patere dicebatis quod causis in dicta vestra litera exquisitis coloribus ut asseritis allegatis ad captionem personarum subditorum vestrorum vel arrestandum seu occupandum bona illorum de jure vel ratione nequivimus procedere nec valeamus. Et quod si quantitates alie predecessoribus nostris vel nobis debite fuerint habetis ut dicitur de ipsis diffinitiones et apochas illeque omnes comprehense et sublate fuerunt in transactione quam dudum asseritis factam inter illustrem Jacobum memorie recolende avum vestrum et nos sive tutorem quem dicitis fuisse nostrum super multis questionibus arduis que ad invicem ratione regni Majoricharum et comitatuum predictorum et aliarum terrarum suborte ut asseritis fuerunt in qua ut dicitis predicta et multa alia hinc inde fuerunt remissa et quod etiam esto quod nobis pro aliquibus quantitatibus teneremini non licuit vobis ante requisitionem quantitates que a nobis debentur singulatiter declarantem et fatiguam in vobis inventam marchare vel occupare bona subditorum vestrorum et minus eos capere in personis ubi etiam alias licite pigno-

randi occassio processisset fuisse et enim asseritis detestabile plurimum et dampnatum jurique divino et humano ac omni rationi contrarium prius capere et marchare ac postea requirere ingenere nulla causa debiti declarata ex quibus liquere dixistis quod ad capiendum gentes vestras et earum bona non potuit nec potest nostra conscientia legitime informari. Subjungentes quod nos non causam ut causam ad dampnificandum vestros subditos sub simulato velamine assumpserimus prout premissa per vos in dicta vestra littera explicantur. Ad que salvo et protestato expresse quod contentis in dictis vestris litteris ac aliquibus ex eis non consentimus nec ea concedimus imo eisdem contradicimus in quantum possent esse contraria juri nostro. Respendemus vobis quod serenitas vestra tenetur et est eficaciter obliguàta nobis sicut per publica instrumenta hostendi potest et legitima documenta inter cetera in centum sexaginta milibus. . . . . argenti quorum quincuagmta se . . . . minus tertia parte unius valori unius Montispesulani marche argentee pares erant quos felicis memorie dominus Jacobus Rex Majorice avus. . . . . illustri Jacobo recordationis in. . . . . . . Aragonum avo vestro et in duodecim milibus libris ex parte una et in tresdecim milibus libris Barchinonensibus ex parte altera quas memorie recolende illustris dominus Sanccius Rex Majorice patruus noster dicto inclito recordationis illustri Jacobo avo vestro pro negotiis Sardinie mutuavit et in quadraginta sex milibus nonagentis quinquaginta libris XVII solidis et tribus denariis dic-

te monete quas et quos idem memorie recolende dominus Sancius patruus noster pro sumptibus viginti gualearum et sex barcharum armatarum per eum ad auxilium dictorum negociorum Sardinie expendit pro illo dumtaxat tempore pro quo hujusmodi sumptus promisit restituere dicto nostro patruo jamdictus illustris avus vester et in duodecim milibus sexcentis viginti tribus libris quinque solidis duobus denariis monete Majoriche minutorum quas nos expendimus pro armamento sex gualearum facto ad servitium Sardinie quas etiam expensas promissit nobis restituere egregie recordationis illustris Alfonsus Rex Aragonum pater vester et in septingentis quinquaginta libris Barchinonensibus quas nos dicto egregie recordationis illustri Alfonso genitori vestro mutuavimus et in triginta milibus libris Barchinonensibus ratione dotis illustris Regine Majoricharum consortis nostre carissime sororisque vestre super quibus ut solveretis nobis easdem peccunie quantitates declarando ipsas expresse singulariter et distincte semel secundo tertio et pluries tam per literas nostras speciales quam per certos nostros nuntios et procuratores ad ea spetialiter destinatos vestram excellentiam requisivimus et requiri fecimus legitime et instanter subjungendo quod nisi nobis solveretis easdem in deffectum justicie vestri cogeremur supradictis nostris juribus providere sicut per instrumenta publica quorum unum fuit factum in reguali seu domo regia civitatis Valencie die jovis qua computabatur kalendas aprilis anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono clausum et signatum

per Bernardum Paylares auctoritate illustris Regis Aragonum notarium publicum et aliud instrumentum factum fuit die dominica intitulata quartodecimo kalendas aprilis in hora crepusculi vel circa anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono in Alfajaria civitatis Cesarauguste videlicet in capella ipsius Alfajarie clausum et signatum per Raymundum Sicardi scriptorem dicti Regis Aragonum et ejus auctoritate notarium et aliud instrumentum fuit factum die lune intitulata pridie idus junii anno Domini MCCCXL circa horam tertiarum in regali regio civitatis Valencie clausum et signatum per dictum Raymundum Sicardi notarium antedictum et aliter legitime ista constant. Cum autem vestra serenitas omiserit et recusaverit dictis requisitionibus legitimis non obstantibus nobis quantitates solvere supradictas oportuit el licuit nobis justicia suadente pro deffectu justicie et jure fatica inventa in vobis circa pretacta sicut ex premissis evidenter colligitur subditos vestros et bona illorum que infra ditionem nostram reperire potuimus capere seu marchare sicque locus non fuit salvo vestri honore quod ex hiis actis sicud permitit jus debueritis vehementem admirationem quam dicitis suscepisse nec super solutione ejus summe peccunie quam nobis debetis pro dote dicte Regine obstat quin nos eam prosequi et petere possimus et quin vos eandem solvere debeatis ratio quam pretenditis quod potestates quas dicitis pro inde nobis fuerint titulo pignoris obliguate ut asseritis cum potestates nulle in regno et terris nostris vobis pertineant nec pertinere ullo modo vobis debent

nec aliqua jura feudi in nostris terris vobis pertineant ullo modo quia conventiones si que super hiis inter nostros et vestros precesserunt predecessores et per nos fuerint renovate non valuerunt ac non valent et si presubposito sed tamen non concesso quod valuissent ille carent ipso jure viribus et efectu et juribus actionibus et emolumentis si que pro illis vel occasione illorum in predictis vobis unquam petierim ipso jure fuistis privatus causis et rationibus jam allegatis coram reverendo in Christo patre domino Armando Aquensi archiepiscopo domini nostri Summi Pontificis leguato et latius expressis et explicatis per nos in quadam nostra responsione quam facimus et faciemus per nostrum procuratorem quibusdam replicationibus factis nomine vestro per Arnaldum Derillo procuratorem vestrum se asserentem et aliis rationibus et etiam posito sine prejuditio set non concesso quod obliguatio consisteret quod tamen non conceditur ex eo non prohiberemur jus nostrum prosequi. Cum creditor etiam qui pignus haberet rey etiam in qua concisteret pignus non prohiberetur aliis remediis juris sibi pro debiti sui prosequtione providere. Super cujus solutionis dote sicud prefertur vos sepe duximus requirendos licet in dictis vestris litteris contrarium sit insertum nec liquere potest sicud in vestris asseritur litteris quod ex causis per nos exquisitis coloribus alleguatis minus juste dictos subditos vestros et illorum bona duxerimus arrestandos quinymmo constat quod ex justis et legitimis notoriis et evidentibus causis que nullos fictos colores sucipiunt potuimus et decuit nos

procedere ad premissa nec obstere potest de jure ratio quam pretendit quod si alic nobis quantitates preterquam dicte dotis debite fuerint inde doffinitiones et apochas dicitis vos habere quorum ille omnes sublate et conprehense fuerunt in transactione in ipsis vestris literis alle. . . . ta cum si diffinitiones et apoche de aliquibus quantitatibus per nos vel eum quem tutorem nostrum fuisse dicitis facte fuerint et in transactione quam factam fuisse dicitis fuerint comprehensse hec nobis seu juri nostro eficere non potest cum tunc nec nos in pupillari etate existentes nec ille quem dicitis nostrum fuisse tutorem potuimus quantitates que nobis liquide debebantur remitere alienare vel diffinire in juris nostri evidentem lesionem et diminutionem nec in prealeguata transactione comprendi quantitates ipse liquide potuerunt cum nec duabia questio nec causa probabilis intervenirent que prestarent auctoritatem vel materiam transhigendi et posito sine prejuditio sed non concesso quod dubia questio esset adhuch illa transactio per illum quem dicitis nostrum fuisse tutorem interposita in dictis quantitatibus et debitis nobis non oficeret nec induceret diminutionem cum nec inventarium vite et coram judice competenti confecerit nec alia adimplevit que de jure sunt introducta fieri per tutorem antequam aliquid administrare de bonis pupillaribus valeat sive possit sicque diffinitiones et apoche ac transactio alleguate per vos si que fuerint in nulli dubium quod ipso jure nullam efficaciam in juris nostri prejuditium et diminutionem sortiuntur ex quibus colligitur evidenter quod potuimus licite nedum

subditorum vestrorum bona capere seu marcare et nostris juribus debite providendo set etiam licite eorum personas vestri mora fatigua et defectu intervenientibus ut est predictum in quo quidem casu jus constitutio seu usantia non prohibeant pro debitis personas capi et arrestari sed postius propter juris deffectum et fatiguam ubi alias jure non permiteretur toleratur et permititur nedum bona sed et personas pignorari seu marchari sicque inde potest et potuit legitime nostra conscientia informari et non fuit ut dicitis detestabile nec dampnatum nec juri divino et humano ac omni rationi contrarium sed postius consonum nec ordo preposterus observatus quynimo debito procedens ordine in predictis nec nos causam ut causam sicud in vestris dicitis litteris sub simulato velamine ad dampnificandum subditos vestros assumpsimus si prius super debitis et rationabilibus causis vos legitime requisiverimus et post juris faticam et moram et deffectum inventos in vobis suadente justicia processimus ad predicta pro nostris juribus conservandis si itaque minus juste ad alia ut dicte vestre littere cominantur procederetis nos jura nostra non poterimus dimitere indeffensa quin ea apponamus remedia que poterimus justicia suadente. Datum Perpiniani vicesima octava augusti anno Domini Millessimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Per dominum Regem.
Ad relationem Johannis de Bartzano. Petrus Radulphi.

X.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Aljame et secretariis judeorum civitatis Gerunde nec non singularibus judeis dicte civitatis gratiam suam. Quia ut intelleximus vos dicta aljama et aliqui singulares judei ex vobis pro aliquibus tenemini peccunie quantitatibus nonnullis judeis seu aliis personis subditis Regis Majorice nosque velimus quoscumque peccunie quantitates et alias res que per vos vel aliquos ex vobis debeantur seu in quibus teneamini aliquibus judeis Perpiniani vel aliis personis sive judeis sive christianis subditis dicti Regis per nos emparatas teneri. Ea propter vobis dicimus et mandamus firmiter et expresse quatenus dictam emparam servando quantitates hujusmodi seu alias res per vos predictis personis debitas eisdem vel alicui alii persone minime tradatis nec de ipsis aliter ordinetis nisi prout a nobis habueritis in mandatis cavendo attente ut super hoc aliquid inmutetis vel fingatis alias reputabitur culpe vestre. Datum Barchinone XVIII kalendas septembris anno Domini MCCC quadragesimo secundo. A. Vicecancellarius.

XI.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilecto consiliario et thesaurario nostro Bernardo de Ultzinellis legum

doctori nec non Raimundo de Marginibus civi Barchinone. Salutem et dilectionem. Cum nos concesserimus cum presenti Stephano Magre personete Barchinone quod ipse solum et non alius vendat res merces et bona quecumque Regis Majorice vel subditorum ejus que vos vendi feceritis quavis causa. Ideirco vobis expresse mandamus quatenus dictum Stephanum ad vendendum res merces et bona prefata et non alium vel alios admitatis sibique faciatis propterea de assuetis juribus responderi. Datum Barchinone tertio decimo kalendas octobris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo. A. Vicecancellarius.

XII.

Serenissimo principi domino Petro Illustri Regi Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comitique Barchinone honorabili et karissimo patrueli suo ut fratri karissimo Ludovicus Dei gratia Rex Sicilie salutem et continue felicitatis augmentum. Debito consanguinitatis affectu recepimus excellentie vestre literas serenissimo principi domino Regi Petro felicis memorie domino genitori nostro per hostiarium vestrum latorem presentium destinatas per quas explicantes late atque per seriem tentata noviter per Regem Majoricarum in detrimentum vestre regie dignitatis ultimo petebatis ut dicto Regi Majoricarum vel adherentibus ei nullam in prejuditium vestrum subsidium largiremur aut per gentem nostram permitteremus impendi arma etiam

seu victualia quo regno nostro per quempiam extrahi deferenda ad terras dicti Regis Majoricarum nullatinus pateremur quarum plene intellecto tenore quia videtur nobis serenitatem vestram justam causam fovere dicti Regis dissensio ad displicentiam cedit nobis. Speramus autem in Domino quod ipse Rex Majoricarum ad cor rediens conventiones habitas inter predecessores vestros et suos effieaciter observabit firmumque vobis existat quod nec dicto Regi Majoricarum nec cuivis alii persone de mundo contra vos aliquod prestaremus subidium nec per gentem nostram preberi quomodolibet pateremur. Verum quia mercatores de dominio dicti Regis Majoricarum semper consueverunt secure in Regno nostro eorum negotia gerere et presenti anno negotiationibus multarum rerum se inmiscuerunt et maxime victualium quibus jam exituram certe quantitatis concessimus indecens esset valde si eos nunc eliminaremus a finibus Regni nostri insuper difficile quinimo impe . . . . bile videtur nos alios nobis adicere inimicos cum satis sit hosti nostro antiquo, resistere nec lateat vos negotium melatii quod ob longam et artam obsidionem alimentorum inopia et sitis ariditate confectum nuper est deditum inimicis sed recuperare speramus illud Christi gratia suffragante. Ad id vero quod petiistis ut non permitteremus per aliquem de Regno nostro victualia extrahi ad terras dicti Regis Majoricarum ferenda respondemus quod cum jus exiture vitualium de regno nostro sit melius membrum omnibus aliis juribus Regni nostri que mediante pro majori parte geruntur atque com-

plentur presentis guerre negotia et jam licentia extrahendi concessa fuerit mercatoribus antedictis. Inhibitionem predictam absque dicti Regni nostri periculo facere non possemus. Et quando vellemus inhibitionem hanc fieri collaterales consiliarii et magnates nostri mediocres et etiam populares hoc nullatenus consentirent si premissa itaque causa legitima obsistente complere non possumus placeat fraternitati vestre nos inde suscipere rationabiliter excusatos cum ultra rationes predictas obviet etiam debitum Regie honestatis. Datum Cathanie sub consueto sigillo serenissimi domini domini Petri Secundi dicti Regni Regis clare memorie reverendi et karissimi domini genitoris nostri defectu proprii non dum facti anno Dominice incarnationis MCCCXLII II octobris XIª indictionis.

X II.

Princep e senyor molt alt. Sapia la vostra magnificencia que lo die present en hora de miga nit hague lo Senyor Infant En Jacme et nosaltres letres e ardit del honrat En Galceran Marchet viçalmirayl vostre qui es ab VI galeas de la vostra armada vers les parts de Cobliure que ell divenres per lo mati prop passat pres en les mars de Capdecreus una barcha armada de XXIIII rems la qual lo Rey de Maylorches trametia vers la Illa de Maylorches e en la qual barcha bavia II frares menors e II preycadors qui anaven de part del dit Rey a la ciutat de Maylorcha per missatgeria en la

qual barcha foren trobades algunes letres axi de creença comenada per lo dit Rey al dits frares con altres letres de les quals a la vostra altea trametem translat ensemps ab la present. Per que Senyor placia a la vostra altea de haver a cor los affers del dit Rey de Maylorches e de acostarvos a la ciutat de Barchinona per donar fi a aquells. E comenam nos senyor en vostra gracia e merce. Scrita en Barchinona diemenge a XXII dies del mes de decembre anno Domini Millesimo CCC quadragesimo secundo.

Los seus humils e devots consellers e prohomens de la ciutat de Barchinona.

Los dits frares menors o preycadors son estats tremesos açi al Senyor Infant per lo dit visalmirayl e han comptat que la creença a ells per lo dit Rey comanada era quels mesessen bon cor ço es als jurats e prohomens de Mallorches e quels diguessen que lo dit Rey procuraria bona pau dels affers que ha ab vos Senyor e que nos torbassen per ço que havien fet aquells de Perpinya. Digueren encara los dits frares que comanat los era estat per lo dit Rey que de part sua induissen e diguessen als frares de Mallorches dels lurs covents e altres que per les trones preycassen e amonestassen la gent que estiguessen con a bons e a leyals e ferms e que nos mudassen de res per ço que havien fet los homens de Perpinya. Scrita ut supra.

Al molt alt e poderos princep e senyor En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Sardenya e de Corcega e Comte de Barchinona.

Cartas Reales Legajo n. 83.

1.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. In favorem viagii quod Deo duce facere intendimus . . . . partes Rossilionis pretextu executionis per nos fiende contra inclitum Jacobum de Majoricis elongamus vos Guillermum de Fluviano civem Valencie ac debitores et fidejussores pro et vobiscum obligatos et bona vestra et eorum penis cessantibus quibuscumque a solutione quorumcumque debitorum . . . . . comandarum que . . . . christianis hinc ad tempus dicti viagii et durante ipso viagio et ex tunc per unum annum continue subsequentem. Sic quod infra dictum tempus nequeat executio fieri contra vos vel fidejussores et debitores predictos pretextu aliquorum debitorum vel comandarum aut contractuum vel obligationum nec bona vestra et ipsorum etiam pignorari. Mandantes hujus serie universis et singulis officialibus nostris presentibus et futuris et locatenentibus eorundem quod elongamentum nostrum hujusmodi teneant efficaciter et conservent ut superius continetur et contra ipsum non veniant aliqua ratione. Da-

tum Valencie decimo kalendas . . . . . anno Domini Millesimo CCCXL tertio. A. Vicecancellarius.

II.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Cerdenya de Corsega e Comte de Barchinona. Als feels nostres los promens et universitats et loch de Pena. Salut et gracia. Com nos per rao de contradiccio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorques per tantes raons justes en lo proces daquen fet contengudes haiam proceit e continuem a proceir a pendre realment totes les terres quel dit alt En Jacme tenia per nos en feu e per aço siam entrats en la terra del comtat de Rossello per pendre realment e per tenir en nostra senyoria aquell comtat lo qual lo dit alt En Jacme tenia per nos en feu e dins lo terme del castell e vila de Canet situat dins les limites del dit comtat hajam parades nostres tendes e tingam aquell comtat en nostra senyoria en lo qual cas los barons cavalers e homens de ciutats e viles daquell comtat a nos axi com a tenent aquell comtat en nostra senyoria respondre axi com a lur Senyor sien tenguts daquelles coses de les quals al dit alt En Jacme de Mallorca avien acustumat et devien respondre. Per ço deim e manam a vos e a cascun de vosaltres que façats a nos homenatge e sagrament de feeltat e totes altres coses que erets acustumats e obligats

de fer al dit alt En Jacme de Mallorca e daquelles aquell alt En Jacme de Mallorca non re. . . . . en altra manera proceiriam contra vos e cascun de vosaltres axi com contra aquells qui negen fer a son senyor feeltat e altres coses a que son tenguts . . . . . . manera segons que justicia requeses. Dat en les nostres hosts prop lo dit loch de Canet sots nostre segell secret disapte segon dia. . . . . de nostre Senyor MCCCXLIII. A. Vicecancellarius.

III.

Celsitudini Regie humiliter supplicando exponunt Galcerandus G. et G. de Solerio cives Majorice dicentes quod IIII die mensis januarii anno Domini MCCC XL tercii Octovianus de Riso et Lafrancus Pança cives Janue patroni et ductores duarum galearum que etiam armate fuerant in dicta Janue civitate cum pluribus aliis januensibus tunc in dictis galeis navigantibus eorum complicibus invaserunt et per vim ac manu armata ceperunt et rapuerunt quendam cocham duarum cohopertarum vocatam sanctus Christoforus supplicantium ipsorum diversis rebus et mercibus oneratam tunc in portu Almarie ditionis Regis Granate existentem, quamque cum ipsis rebus et mercibus per eos modo previo captam duxerunt ad Julium Bucanigra januensem nunc illustrissimi Regis Castelle admiratum qui quamvis pluries requisitus et instantis-

sime dictam cocham com rebus et mercibus antedictis illis restituere denegavit quinimino eam contractando de illa et rebus rectis fecit prout voluit in dictorum supplicantium grave dispendium et jacturam ac contra pacis federa inter subditos ipsi magestati Regie et comune Janue diu est jam inita. Igitur supplicantes sepedicti disraubati et fere suis rebus omnibus denudati juxta morem usitatum etiam a jure non devium bajulum Majorice adiverunt cui premissa ut processerant intimantes ab eo sibi provideri de justicia prout in similibus et in curiis Majorice solitum fieri postularunt. Qui diligenti informatione recepta et forma assueta in talibus observata adjudicavit eisdem pro emenda et satisffactione dicte coche et rerum raubatarum prerelatarum ac sumptibus et interesse proinde factis et sustentis VM DCXII libre monete Majorice floreno auri tamen pro singulis XXV solidis computando et ultra morem antiquissimum ipsarum curiarum ut debuit sequitus adjudicavit ipsis eisdem II solidos dicte monete quolibet anno pro unaquaque libra summe pecunie antedicte habendas videlicet et consequendas omnes dictas quantitates de rebus et bonis dictorum Julii Bucanigra Ottoviani de Risso et Laffranchi Pança januensium predictorum ac ipsorum uniuscujusque in solidum prout hec in dicta adjudicatione sive sententia superinde lata seriosius explicantur. Verum princeps serenissime quia regium culmen decet vestris subditis contra dictos raubatores et eorum complices subvenire et nunc ambaxiatores nobilis et magnifici ducis ac comunis Janue pro tractando ut fertur de mo-

do satisfaciendi de raubariis comissis in vestros subditos a districtualibus comunis ipsius ut perinde evitare valeant marchas contra eos concessas et concedendas fuerint ad vestram clementiam destinati. Et nisi ea via dictis subditis vestris disraubatis satisfiat in premissis vel saltem per ipsos ambaxiatores si potestatem tamen a comunni habuerint de satisfaciendo superinde caveatur sit alias eis de marcha seu represalia in rebus et bonis omnium et singulorum districtualium dicti Ducis et comunis concedenda per vestram celsitudinem providendum nec justicia principalis debeat in tanto dampno et rerum suarum jactura versari suos subditos tolerare. Pro tanto prenominati humiles subditi vestri presidium vestre clemencie implorantes supplicant quatenus dignemini comittere et mandare auditori dictis ambaxiatoribus concesso ut in tractatu cum illis fiendo de dictis rapinis habeat rationem et facere ut eis per illos satisfiat vel si posse habuerint dicto comuni caveant de satisfaciendo plenarie juxta dicte adjudicationes superinde facte seriem et tenorem. Alioquin supplicant quatenus justicie intuitu eis de marcha per serenitatem regiam concedenda in bonis et rebus omnium et singulorum districtualium dictorum Ducis et Comunis occupandis tam in terris omnibus vestris quam in mari dignemini providere ut sic ipsorum vestrorum subditorum tantum dispendium per justiciam vestre excellencie relevetur.

Tradatur cancellario deputato ad audiendum dictos ambaxiatores qui faciat verbum eisdem de pre-

dictis et extunc poterit suplicationibus debitis cum justicia provideri.

P. P. P. G. de Staylons G. de Silan Jacobus Eximeni Dosca auditores.

IV.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya et de Corcega et comte de Barchinona. Als feels nostres las prohomens et universitat del loch de Sent Feliu de Vayll. Salut et gracia. Con nos per raho de contradictio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorca et per altres rahons justes en lo proces daquen fet contengudes hajam proceit et continuem a proceir a pendre reelment totes les terres quel dit alt En Jacme tenia per nos en feu. E per aço siam entrats en la terra del comtat de Rossello per pendre realment et per tenir en nostra senyoria aquell comtat ab sos drets et pertinencies. E dins lo terme del castell e vila de Canet situat dins les limites del dit comtat hajam parades nostres tendes et tingam aquell comtat en nostra senyoria. En lo qual cas los barons cavallers homens de ciutat et viles daquell comtat a nos axi com a tenent aquell comtat en nostra senyoria respondre axi com a lur senyor sien tenguts daquelles coses de les quals al dit alt En Jacme de Mallorca havien acustumat et devien respondre. Per ço deim et manam a

cet tamen postea illud duceret re ocandum. Nuncque vos dicti procuratores prout parte dictorum judeorum asseritur intenditis illud idem facere observari. Inhibendo dictis judeis ne inde recedant absque albarano vestro. Et cum hoc dicatur vergere in dampnum nostrorum jurium et detrimentum dicte aljame eo quia plures judei venirent ad civitatem Majorice nisi esset timor dicte inhibitionis qua eis liberum arbitrium auferretur ea propter ad supplicationem per sindicos dicte aljame inde nobis factam vobis et vestrum singulis dicimus et mandamus quatenus dictos judeos et eorum singulos tam extraneos quam privatos judeos scilicet et judeas permittatis navigare ire et redire cum eorum matrimoniis et pro aliis quibusvis eorum negotiis ad quascumque partes voluerint absque albarano vel li. . . . libere et omni obstaculo quiescente. Presentibus per viginti annos continuos et postea etiam quamdiu nobis placuerit valituris. Datum Barchinone tertio nonas martii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

Jacobus Conesa ex petitione provisa pro per thesaurarium.

VI.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone universis et singulis judeis aljame judeorum Tarrege. Gratiam suam. Ob

favorem nobilis et dilecti nostri Raimundi Cornelii et hominum suorum loci de Arbecha cui quidem nobili propter ejus grata servicia per ipsum nobis et progenitoribus nostris impensa et quem impendere non desistit potissime nunc in exequtione facienda per nos in brevi concedente Domino contra Majorice Regem in qua dictus nobilis cum suorum militum et peditum comitiva nobis viriliter servire intendit reputamus merito nos teneri vos et vestrum singulos rogamus quatenus dictos homines nec non debitores et fidejussores pro et etiam eis obligatos elongetis ad duos annos a solutione debitorum in quibus vobis et singularibus ex vobis ipsi homines teneantur quoquo modo penis et usuris cessantibus quibuscumque et adveniet gratum nobis. Pro predictis vero ad vos mitimus Samsonem de Naves civem Ilerde cui super hiis que vobis ex parte nostra referet ratione predicta poteritis fidem credulam adhibere quique nobis rescribet de hiis que in premissis peregeritis ut visa ejus responsione super illis valeat debite provideri. Data Barchinone quinto kalendas aprilis anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tértio. A Vicecancellarius.

Jacobus Conesa mandato Regis facta per Petrum Despens consiliarium.

VII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardi-

dinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili et dilectis nostris Guillermo de Bellera et Raimundo Senesterra. Salutem et dilectionem. Volentes dampna excludere et pericula evitare que ville et nostris hominibus infrascriptis possent facile evenire per Regem Majorice nostrum hominem et vassallum qui in sua rebellione persistens non desinit quantum potest offendere gentes nostras vobis dicimus et mandamus quatenus ambo simul vel vestrum quilibet in alterius absentia insequendo ordinationem factam per Raimundum de Caponibus gerentem vices procuratoris in Cathalonia compellatis quociens presen. . . . quod dictus Majorice Rex vel gentes sue intrare debeant hostiliter terras nostras omnes homines bajulie de Figueriis ad includendum se in villa de Figueriis et salvandum. Nos enim vobis et cuilibet vestrum super hiis comitimus vices nostras plenarie per presentem. Datum Barchinone tertio nonas aprilis anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

Presens litera fuit signata et amissa postmodum in scribania. Mentitur qui scripsit.

VIII.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Va-

leneia de Sardenya de Corsega et comte de Barchinona. Al feel armer nostre Domingo Novals. Salut et gracia. Manam vos que liurets una tenda daquelles que tenits a maestre Arnau ça Riera et maestre Alazar metges nostres a ops del viatge de Mallorca. Dada en Barchinona a XI dies dabril en lany de MCCCXLIII. A. Viceeancellarius.

IX.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Religioso fratri Bernardo de Muntsonis comendatori Paniscole vel ejus locumtenenti. Salutem et dilectionem. Relata quorundam noveritis percepisse quod in quadam butiga dena Pinyola sunt centum una sacha anymorum sive lane que sunt Johannis Barrera de Perpiniano quasque ipse Johannis ut fertur in confessione quam fecit in posse bajuli nostri Valencie confessus est eas fore suas. Sane cum bona hominum ditioni Regis Majorice vassalli nostri submissorum ratione processus per nos contra ipsum et gentes suas et bona eorum facti pro executione justicie nobis aplicent. Ea propter vos requirimus vobisque dicimus et mandamus quatenos viris presentibus si vobis constat predictas centum unam sacham anymorum sive lane fore dicti Johannis eas fideli nostro Guillermo Colom janitori nostro quem vos

ad eas recipiendas destinavimus pro parte nostra tradatis et deliberetis omni mora postposita et remota ipseque pro parte nostra vobis faciet apocham de receptis taliter in predictis vos habendo quod non possitis de injusticia merito reprehendi. Datum Barchinone XV kalendas madii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. Sigillavit.

B. Turelli mandato Regis facto per thesaurarium.

X.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et corsice comesque Barchinone. Dilectis et fidelibus nostris justicie Aragonum Çalmedine Cesarauguste aliisque judicibus et officialibus nostris vel eorum locatenentibus ad quas presentes pervenerint. Salutem et dilectionem. Cum ob favorem viagii quod de presenti Deo duce facere intendimus contra Regem Majorice vassallum nostrum nobisque rebellem gentes et terras suas in quo viagio Garsias de Azuara vicinus Cesarauguste nobis cum est iturus in omnibus causis que vertuntur seu verti sperantur tam in agendo quam defendendo inter ipsum ex una parte et quascumque personas cujuscumque status gradus seu conditionis existant conjunctim vel divissim ex altera quibuscumque rationibus sive causis per vos et quemlibet vestrum supersederi providerimus et velimus dum dictus

Garsias remanserit in viagio antedicto et etiam per decem dies postquam ad domum propriam reversus fuerit de eodem. Ideo ad ipsius Garsie humilem supplicationem nobis inde exhibitum vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus quatenus provisionem nostram hujusmodi penitus observetis nec contra ipsam faciatis nec in aliquo procedatis. Et hoc aliquatenus non mutetis. Data Barchinone sexto . . . . . madii anno Domini MCCCXL tertio. Petrus Evi.

Dominicus Jor ex provisione facta per B. Dayssa consiliarium.

XI.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Quia ratione exequtionis quam facimus contra Majorice Regem vassallum nostrum nobis rebellem pro cujus prosequtione felici ad Insulam Majorice cum magna equitum et peditum comitiva intendimus et disposuimus in presentiarum Deo presule transfretare. Cujusque pretextu immensa inminent profluvia expensarum et ob nos expedit procurare pecunias undecumque. Ideo vobis dilecto consiliario nostro Blasio Daysa cum prosenti comittimus et mandamus quod infra Aragoniam possitis a quibuscumque personis cujuscumque status legis aut conditionis existant nostro nomine recipere mutua

usque ad eas quas volueritis quantitates et obligationes et promissiones quascumque facere pro eisdem et pro ipsis etiam mutuis pignora nostra tam mobilia quam immobilia tradere et etiam obligare cujuscumque fuerint generis seu valoris videlicet questias monetatica merum imperium et jurisdictiones alias et jura feudorum castra villas molendina mansos et alia jura nostra quecumque quovis nomine censeantur. Possitis etiam omnia supradicta et singula vel aliqua ex eisdem simul divisim aut succesive et etiam violaria vel censualia nomine et pro parte nostra vendere et imperpetuum vel ad tempus longum vel breve cum instrumentis gratie vel sine pro illo vel illis pretiis de quibus vobis videbitur expedire ipsoque pecunia recipere et absolutiones diffinitiones et apochas facere de receptis. Et etiam pro evictione predictorum vel aliquorum ex eis que per vos vendi contigitur bona nostra omnia et singula obligare et omnia alia et singula facere in premissis et circa premissa pro nobis et nomine nostro que ad premissa utilia fuerint seu quomodolibet opportuna. Nos enim vobis dicto nostro consiliario plenam super premissis omnibus et singulis et ex eis dependentibus emergentibus quomodolibet vel annexis generalem administrationem cum presenti damus comitimus et concedimus cum libera et plenissima facultate. Promittentes ac etiam jurantes por dominum Deum et ejus sancta quatuor evangelia a nobis corporaliter tacta ratum gratum et firmum perpetuo habituros quecumque per vos acta gesta impignorata vendita obligata recepta et administrata quomodolibet

fuerint in eisdem. Ceterum ut emptoribus predictorum omnium vel singulorum aut aliquorum ex eis cautum sit diligentius atque tutum in bona fide nostra Regia et sine dolo promittimus cum presenti quod omnes et singulas venditiones ad imperpetuum vel ad tempus obligationes impignerationes et alias alienationes promissiones et quevis alia que vos dictus Consiliarius nostro nomine feceritis in premissis incontinenti cum inde fueritis requisiti ea omnia singulariter videlicet singula et generaliter universa laudabimus approbabimus firmabimus et juramento aliisque firmitatibus roborabimus spetialiter et expresse cum cartis nostris et faciemus prout premissa per vos dictum consiliarium fuerint valida remanere et cartas nostras faciemus ad premissa fieri utiles et etiam opportunas ac omnia et singula complebimus et firmiter attendemus que firmitatem ac perfectionem concreverint premissorum. In cujus rei testimonium presentem inde fieri et sigillo nostro jussimus comuniri. Datum Barchinone tertio nonas madii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. P. Evi.

XII.

Rey de Malorches.

Fem vos saber que nos de present entenem a par-

tir de la ila et es la raso quels jurats nos han dit que nos ni la ciutat no defendrien a nostre enemich lo Rey Daraguo e pero es axi que nos posat que tot se perda exceptats los casteyls que havem en lo Regne ab aquels cudam breument si a Deu plau recobrar la terra altra per que quo sotz especial que havem de vos hajam comanat lo casteyl de Santueri pregnam vos e manam vos que aquel nos guardets be e fielment e nous rach tolement de bens ni altres dons queus en sien donats quare prometem vos en nostra bona fe rial que nos von farem plena e complida restitucio per tal manera que vos von tenrrets per paguat. Dada al casteyl de Pollensa XXVIIII dies de mag del any MCCCXLIII.

Als amats e fisels nostres castelans de Santueri En Durfort En Tornamira.

X II.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Fidelibus universis et singulis officialibus nostris vel eorum locatenentibus ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Cum universitas hominum ville de Figueriis ratione executionis quam facimus contra olim Regem Majorice nobis rebellem sustinuerit plura dampna ac sumptus seu missiones intolerabiles fecit sic

occasione hujusmodi dicti homines ac necessitatem maximam et inopiam devenerit. Et propterea compacientes inopie eorundem provisionem fecerimus in infrascriptum. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus supersedeatis per unum annum a data presentium in antea numerandum dictam universitatem et fidejussores ipsius compellere ad solvendum quascumque peccunie quantitates ad quas solvendas quomodolibet usque ad quantitatem duorum milium solidorum Barchinone teneantur. Et hoc aliquatenus non mutetis prout attentius nostram indignationem cupitis evitare. Universitas vero seu consules ipsius teneantur exprimere coram nobis que debita volunt seu intendunt in supersessione hujusmodi comprehendi. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentem sigillo antiquo jussimus sigillari. Data in civitate Majorice pridie nonas junii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

Franciscus Fuxi mandato Regis facto per Joannem Ferdinandi legum doctorem qui eam legit.

XIV.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. De fide et legalitate et industria vestri dilecti nostri Omberti de Fonollar ad plenum merito confidentes comi-

timus seu comendamus vobis officium vicarie Majorice ita quod vos sitis vicarii Majorice et regatis et exerceatis sollicite fideliter atque bene ipsum offitium vicarie prout est per alios qui ipsum actenus vicarie officium tenuerunt fieri consuetum sub emolumentis et juribus assuetis jus et justitiam cuilibet in omnibus observando. Presentem vero missionem nostram. . . . facimus dum de nostra processerit voluntate. Mandantes per presentem juratis probis hominibus et universitati civitatis Majorice ceterisque fidelibus et subditis nostris quod vos pro vicario Majorice habeant et teneant vobisque ut vicario pareant et obedient dum nobis placuerit ut prefertur. In cujus rei testimonium quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentem sigillo nostro antiquo jussimus sigillari. Datum Majorice octavo idus junii anno Domini Millesimo trecentesimo XL tertio. A. Vicecancellarius.

XV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili nobisque dilecto Rectori Montispesulani pro Illustri Rege Francie. Salutem et dilectionem. Sicut jam vestre noticie fama laborante per orbem credimus pervenisse. a quodam modico citra tempore tenemus juste Regnum Majorice in nostro pleno dominio pacifice et po-

tenter. Cum igitur inter cetera cupiamus regnicolas et habitatores regni ejusdem tanquam nostros veros subditos et vassallus in locis et terris jurisdictionis vobis comisse a cujusvis inquietudine et molestia custodiri. Ideo nobilitatem vestram rogamus attente quatenus cum aliquos ex habitatoribus dicti regni ad partes predictas contigerit declinare si inclitus Jacobus olim Rex Majorice vel quicumque alius dictos nostros subditos inquietare molestare vel alias quovismodo gravare forsitan attemptarent ea nullatenus paciamini quinimo nostro spetiali respectu eos velitis tanquam veros subditos nostros defendere et tueri tam a dicto inclito Jacobo quam aliis quibuscumque ipsos nostros subditos infra jurisdictionem nobis comissam inferre volentibus injuriam molestiam seu gravamen. Nam ex hiis justitiam facietis et nostre plurimum complacebitis voluntati. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentem sigillo antiquo jussimus sigillari. Datum in civitate Majorice VII idus junii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

XVI.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Cum nos cum carta nostra sigillo nostro pendenti munita data ut infra constituerimus ordinaverimus et feceri-

mus vos Bernardum de Moraria et Bertrandum Rubei procuratores nostros jurium et reddituum nostrorum Regni Majorice prout hec et alia in dicta carta latius declarantur. Et in eadem carta vobis nullum salarium fuerit constitutum. Idcirco presentis serie constituimus cuilibet vestrum et assignamus pro salario seu labore officii supradicti duo milia solidorum monete regalium Majorice quem vobis possitis de dictis juribus et redditibus annis singulis retinere. Mandantes magistro rationali curie nostre vel cuivis alii a vobis de dicta procuratione compotum audituro quod cuilibet vestrum recipiat in compoto dicta duo milia solidorum per vos pro salario antedicto recipienda annis singulis ut prefertur. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presente sigillo nostro antiquo jussimus sigillari. Datum Majorice septimo idus junii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

XVII.

Senyor molt alt et molt poderos. Sapia la vostra altesa que vuy a ora de oranona En G. Durfort e En Berenguer Tornamira en nom vostre senyor man deliurat lo castell de Sentuiri als quals senyor he promes que vos lus manarets fer semblant carta que havets manada fer al castella de Belveer et als servents qui eren ab ells a conservacio de lur fe et encara Senyor

que ells com jo sere denant la vostra presencia hi seran per fer vos homenatge et sagrament de feeltat e entretant senyor que no perdeu lurs bens aço senyor lus he haut a prometra confian de la vostra merce et per donar bon eximpli al castella e als servents qui son en lo castell de Pollença lo qual castell senyor he comanat als honrats En Bn. Sabastia et En Peregri de la Figuera de casa vostra entro que la vostra reyal dignitat hi haja en altra manera provahit als quals senyor he lexats XX servents daquells senyor que vos ordonas que venguessen ab mi. Lo dit castell senyor es mal fornit darmes de viandes e de tot ço qui es necessari a forniment de castell segons que en lenventari que jo he fet de ço que he trobat en aquell es contengut. Per que senyor suplich a la vostra altea que per necessitat et a conservacio del dit castell dissapte per tot dia primer vinent trametats una persona al dit castell la qual proveesca en lo forniment et cosas necessaries a aquell segons que per vos senyor ne sera informada. En altra manera senyor seria gran perill del dit castell si la provisio daquell e dels castellans et guardes ultra lo dit dissapte se allargava. Et jo senyor fas saber a la vostra reyal senyoria les dites coses a descarrech meu. Senyor jo Deu volent sere diemenge primer vinent en la vila de Pollença et ab aquella manera que mellor pore ne sabre tractare quel castell de Pollença vendra si a Deu plau a ma de la vostra reyal senyoria. Senyor los fills de cavallers de casa vostra qui ab mi son man pregat queus deja suplicar ab aqnesta letra queus placia quels façats trametra lo

sou almenys per XV dies per tal senyor con ells despenen molt mes que no farien si fosen romases en le ciutat de Mallorques en veritat senyor ells ho han gran mester e creu senyor que si el loch de Pollença ells no han lur sou hauran a lexar aqui partida de lur arnes. Et semblantment senyor los servents qui ab mi son romases qui son LXV. Be creu senyor que la vostra altesa ha manat provehir en lo forniment del castell Dalaro et dels castellans et servents qui en aquell son si donchs senyor no hi havets ja manat provehir. Nostre Senyor Deus per sa merce vos faça viure per lonch temps a gloria sua ab creximent e exalçament de la vostra corona. Scrita en Falanig dijous a XII de juny en lany de nostre Senyor MCCCXLIII.

Felip de Boyl humil servidor vostre besan vostres mans et peus humilment me coman en la vostra gracia et merce.

Al molt alt e molt excellent princep et senyor senyor Don Pedro per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorques de Sardenya et de Corcega et comte de Barchinona.

XVIII.

Certificam vos senyor que En G. Jover qui guarda la porta del castell reyal de la Almudayna de Mallor-

ques ha acustumat de pendre per sa quitanço XI diners totz jorns que valen lany setze lliures et deu sous Mallorquins e per vestir de I any dues lliures de Barchinona. Data Majorice dijous XVIIII de juny de M CCCXL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XIX.

Certificam vos senyor quel scriva de la cancellaria de la ciutat de Maylorques ha acustumat de aver per son salari dotze lliures. Data Majorice dissabte XXI de juny de MCCCXXXXIII.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periz de Buysan.

XX.

Certificam vos senyor qué la batlia de la parrochia de Storcha es fort axi que a tart sen ret negun compte mas so quen pot valer stimam que sia a la part del batle per son terç de quinze en vint sous. Data Majorice dissabte XXI de juny de MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysau.

XXI.

Certifficam vos senyor que los missatges dels Guardians del Port de la mar han acustumat de pendre cascun sent sous lany. Data Majorice dissabte XXI de juny de MCCCXL tres.
Los procuradors reyals de Maylorques.
Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXII.

Certifficam vos senyor que los emolumentz de la scrivania de la parrochia de Castellig ha acustumatz de pendre scriva qui aquella reig en satisffaccio de sos trebayls empero pot valer so quen hix de sinquanta eñ sexanta sous. Data Majorice dissabte XXI de juny de MCCCXLIIII.
Los procuradors reyals de Maylorques.
Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXIII.

Certifficam vos senyor que lescrivania de Muro en

temps passat se acustumava de vendre per vint sous ho per XXX sous. Ara de I temps a enssa jaquiala hom a lescriva et davali hom los emolumentz quen exien en satisffaccio de son salari. Data Majorice dissabte XXI de juny de MCCCXL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Scribania de Muro.

XXIV.

Certifficam vos senyor que En P. Johan Fuster mestre de les obres reyals ha acustumat de pendre per quitanço sua cascun any trenta sis lliures. Data Majorice dissabte XXI de juny de MCCCXL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En G. Periç de Buysan.

XXV.

Certifficam vos senyor que an G. Sobrer al qual fo comenada I de les torres de Portumpi no ha acustumat per la dita guarda de pendre alcuna pencio. Data Majorice diluns XXIII de juny de MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXVI.

Certifficam vos senyor que los Guardians del Port que son II han acustumat de pendre per salari de I any cascun trenta lliuras. Data Majorice diluns XXIII de juny de MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXVII.

Certifficam vos senyor que la batlia de Soyler val o pot valer uns anys ab altres so es la part pertinent al batle levades messions et so quen ve al senyor Rey per les II parts retenguda la terça part al dit batle per sos trebayls de sis lliures e deu sous. Data Majorice diluns XXIII de juny de MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç dé Buysan.

XXVIII.

Certifficam vos senyor que los emoluments de la

scrivania de la parrochia de Selva valen o poden valer uns anys ab altres cascun de quaranta en sinquanta sous los quals reten aci de voluntat dels procuradors reyals aquell que la reige en satisffaccio de sos trebayls. Data Majorice dimecres XXV de juny de MCCC XL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buyzan.

XXIX.

Certifficam vos senyor que lo mestre Calaffat lo qual lo Senyor Rey ha acustumat de metre que veja sobre los altres Calaffatz qui obren en la obra del Senyor Rey en la Darasana reyal e en altre loch que neguna pensio no ha acustumada de pendre del Senyor Rey exceptat que con obra si fa que per cada jorn es pagat per son salari axi con los altres mestres. Data Majorice dimecres XXV de juny de MCCCXL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXX.

Certifficam vos senyor que los emolumentz de la scrivania de Alcudia valen o poden valer uns anys ab

altres cascun any de quinze fins en XVIII lliures les quals reten assi mateix aquell qui la rcig per so con es notori en satisffaccio de sos trebayls. Data Majorice dijous a XXVI de juny de MCCCXL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXXI.

Certifficam vos senyor que lo notari qui reig lescrivania de les appellacions ha acustumat de aver per son salari de regir la dita scrivania quaranta lliures. Data Majorice diluns XXX de juny de MCCCXL tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXXII.

Certifficam vos senyor que aquel qui leva lo censal de la ciutat pren per salari de lavar lo dit censal vint e sinch lliures lanyn. Data diluns a XX jorns del mes de juyn lanyn MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Malorches.

XXXIII.

Certifficam vos senyor que lescriva de la Taula de la leuda quel Senyor Rey pren en Maylorques ha acustumat de pendre tots anys trenta lliures. Data Majorice divenres XXX de juny de MCCCXXXX tres.

Los procuradors reyals de Maylorques.

Al honrrat al senyor En Gil Periç de Buysan.

XXXIV.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice ac comes Barchinone. De industria sufficientia et legalitate vestri Guillermi Lombardi notarii civis Majorice plenarie confidentes comitimus seu comendamus vobis offitium procurationis fiscalis Majoricarum. Ita quod vos sitis noster procurator fiscalis in Majorica et regatis et exerceatis ipsum offitium bene et legaliter in modum actenus observatum pro quorum salario et labore habeatis ea emolumenta salaria sive jura que ceteri qui lapsis temporibus ipsum officium tenuerunt consueverunt recipere et habere. Presentem vero comissionem vobis facimus dum de nostra processerit voluntate. Mandantes per presentem gubernatori nostro ceterisque officialibus

nostris dicti Regni Majorice quod vos pro procuratore nostro fiscali jam dicto habeant et teneant ac faciant vobis de assuetis emolumentis salario ac juribus responderi. In cujus rei testimonium quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentes sigillo nostro antiquo jussimus sigillari. Data in civitate Majorice undecimo kalendas julii anno Domini Millesimo trecentessimo quadragesimo tertio. Examinavit G. . . .

Franciscus Fuxi mandato Regis facta per Jo. Ferdinandi legum doctorem consiliarium.

XXXV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili et dilecto nostro Arnaldo de Ril gubernatori Majcrice vel ejus locum tenenti. Salutem et dilectionem. Ex parte Johannis Vives Johannis Ferdinandi Jordi lapicidarum et quorundam aliorum Grecorum habitatorum in civitate Majorice fuit reverenter expositum coram nobis quod ipsi pro libertatibus suarum personarum obtinendis cum dominiis eorundem fecerunt conventiones et avinentias .... certis peccunie quantitatibus eis per dictos grecos exsolvendis sub talibus pactis et conventionibus que usque quo ipsi exsolverint dictis eorum dominis summas predictarum peccunie quantitatum quilibet eorundem grecorum . . . eatur solvere quilibet ..... norum suorum qualibet septimana certam

peccunie quantitatem pro pensione prout hec et alia in publicis instrumentis inde confectis asseruntur lacius contineri. Verum cum asseratur per dictas septimanas immoderatas peccunie quantitates que dicuntur fore habite et extorte per eos ab ipsis grecis per usurariam pravitatem quia ascendunt in multo majoribus quantitatibus quas ipsi greci predictis eorum dominis exsolvere teneantur pro libertatibus supradictis et etiam ultra quam precia que iidem eorum domini dederunt tempore quo dicti greci fuerunt eis venditi. Et in hujusmodi contractibus seu conventionibus aut avinenciis predictis asseratur intervenisse usura. Ideo ad humilem suplicationem nobis inde factam pro parte grecorum predictorum vobis dicimus et mandamus quateuus vocatis qui fuerint evocandi faciatis dictis suplicationibus super predictis justicie complementum fecerамus presentem sigillo nostro antiguo jussimus comuniri. Data in civitate Majorice nono kalendas julii anno Domini Millesimo CCCXL tertio. Examinavit G. . . .

XXXVI.

Molt alt princep et senyor nostre. Lestament del regne vostre quant al fet de la justicia et despatchament dels afers qui pertanyen azaquell. . . . . de Deu es asats encovinent estament et avetshi provezit de tal cap qui ha. . . . hi dona bo compliment et en-

tenem que lo fara perazavant mas es ver que aquesta terra no pot aver pasifich estament si la terra de Rossello no es en la vostra ma reyal semblantment daqueste es car molts et diverses han lur cor doble et dels affers ques son seguits duptant si es estat be fet so que la terra ha fet en no defensarse contra la vostre justicia et . . . que trobem que lenteniment de les jens moltes se pigor quant azaso noy vezem ne. . . . . . millorament et . . . . que partex per les males plantes qui sobre aqueste materia escampan veny en la terra dient quenbreu de tems . . . . era la coza si es estada be fete lo mal espesialment con los cardenals que donen azenten de que deuen venir daran vet contre este terra. Per que les jens no estan ab ten alegre cor duptan que per haber nos . . . vesge perque senyor par a nos savant tote hora la provizio de la vostre magnifisensia que fos be que lalbara dels fora gitadors qui romas en prezensie vostre al vostre confessor fos menat ha exsecusio en apres que tot vostre enteniment ab obre acabade sie endresat azaver et ha hobtenir la terra de Rosello sens neguna altre dillasio et que les jens vezens que la vostra alte et poderoza senyoria aura obtengude la terra de Rosello e quel cardenal no aura poseut endresar res dels affers que els esperen abraseran et tendran et amaran so que vezen et geteran de lur cor les falses et venenozes enformasions en contrari fetes. Dada en la siutat de Malorques ha un de juliol de MCCCXLIII.

Per no dar anug a vos senyor . de longa escrip-

tura avem escrit pus larch al vostre visicanseller.

Los homils et devots homens et sotmezcs vostres P. Rog et G. Miquel et Jacme Rog ab bezament de peus et de mans se recomanen en vostra grasia.

Al molt alt et molt poderos prinsep et senyor lo senyor En Pere per la grasia de Deu Rey Darago de Valensia et de Malorques de Serdenya et de Corsega et comte de Barchinona.

XXXVII

Sertificam vos senyor que lo misatge qui esta a la taula de la leuda que preu de salari cascun anyn devuyt lliures. Data dimars lo primer jorn de juliol lanyn MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Malorches.

Discreto domino Egidio Petri de Buysan.

XXXVIII.

Sertificam vos senyor quel salàri dels scrivans de la procuracio reyal de Malorches que es XXX lliures de reals de Malorches lanyn a cadau. Data divendres a IIII jorns del mes de juliol lany MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Malorches.

Venerabili domino Egidio Petri de Buysan.

XXXIX.

Sertificam vos senyor que lo salari dels escrivans qui escriuen en la cort del vaguer de la ciutat daquels empero qui mengen per si matexes que es dels demes XXI lliures lanyn fins en XXII lliures. Data diluns a un jorn del mes de juliol lanyn MCCCXLIII.

Los procuradors reyals de Malorches.

XXXX.

Senyor çertifich vos quel Senyor Rey ha reebut de casa sua et per ajudant del registre de la scrivania a racio a I bes.... En Johan de Figuerols. Et fo reebut a VII dies del mes de juliol del any MCCCXLIII stant lo Senyor Rey en la ciutat de Barchinona.

De part den P. dez Bosch scriva de racio del senyor Rey.

Domino Egidio Petri de Buysan.

XXXXI.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Ma-

jorice Sardinie et Corsiçe comesque Barchinone. Volentes erga judeos Aljame civitatis Minorise et collecte sue tam habitantes in civitate ipsa quam in aliis locis collecte sue graciosius nos habere. Idcirco cum presenti carta nostra absolvimus diffinimus remittimus ac etiam relexamus generaliter judeis dicte Aljame et ejus collecte et singularibus ipsius tam habitantibus in dicta civitate quam in aliis locis collecte ejusdem cuiuscumque conditionis existant sicut si nominatim singulares ipsi in presenti carta exprimerentur omnes acciones questiones peticiones et demandas et omnes penas et calonias civiles et criminales et alias quaslibet quas contra dictam aljamam et singulares ipsius ac contribuentes cum et tam in dicta civitate habitantes quam in aliis locis collecte ejusdem et eorum bona possemus facere proponere ac movere ac etiam infligere usque in hunc presentem diem tam ad instantiam partis seu accusatoris alicujus quam jure vel penis inde nobis aut procuratori nostro generali ejusque vices gerenti acquisitis et competentibus qualicumque ratione vel causa quam ratione quarumcumque excessuum vel criminum seu delictorum per dictam aljamam et collectam ejus et singulares earum tam habitantes in dicta civitate qnam in aliis locis ipsius collecte comissorum et perpetratorum quamvis ipsa crimina sive delicta hic non expressentur que tamen pro expressatis volumus hic haberi et tam ratione excessuum criminum seu delictorum de quibus inquiri inceptum est tam per judices curie nostre et delegatos a nobis quam per judices curiarum dicti procuratoris et ejus vicesgerentis

quam delegatos ab eis aut quoscumque alios officiales nostros quam quoscumque alios sive ipse inquisitiones fuerint incepta sive non sive sint cum culpa sive non sive crimina sint certa sive incerta ita quod sive in predictis culpabiles fuerint sive non nunquam possit per nos vel predictum procuratorem ejusque vices gerentem aut aliquos officiales nostros vel delegatos a nobis vel ab ipsis procuratore et vices gerente dicte aljame et collecte Minorise vel singularibus ipsius tam scilicet in dicta civitate habitantibus quam in aliis locis collecte ipsius nec non fidejussoribus pro dicta aljama et collecta sua et singularibus ejusdem propterea datis questio aliqua peticio fieri vel demanda aut pena aliqua imponi seu infligi ratione criminum seu delictorum predictorum vel aliquorum ex eis immo sint dicta aljama et ejus collecta et singulares ipsius ut superius est expressum et fidejussores eorum et bona ipsorum de predictis omnibus et singulis usque in hunc presentem diem factis perpetratis et comissis quitii ac etiam absoluti dum tamen cum mulieribus christianis non se carnaliter inmiscuerint vel rem carnaliter habuerint nec sint fetillerii metzinerii aut etiam sodomite vel christianis seu judeis hereticis auxilium non prestiterint seu favorem aut fuerint homicide vel fabricatores false monete quoniam nos ea a presente absolutione excludimus et levamus. Et etiam absolvimus comitimus et difinimus dicte aljame et collecte et singularibus ipsarum tam habitantibus in dicta civitate quam in locis aliis collecte ipsius omnes donationes per ipsos de bonis suis nobis

factas ac penas in quas ipsi vel singulares ipsarum inciderint modo aliquo sive causa aut dictis procuratori ejusque vices gerenti pertinentes et pertinere debentes qualicumque de causa usque in hunc presentem diem. Quoniam de eisdem penis dictam aljamam et ejus collectam et singulares ipsius et alios superius expressatos quitios appellamus et immunes ac etiam cassamus irritamus et anullamus omnes comissiones factas et interpositas super predictis vel aliquo predictorum tam a nostra curia quam a curiis dictorum procuratoris et vices gerentis et omnes etiam processus et inquisitiones sequtas et factas contra dictam aljamam et collectam Minorise aut sepefatos singulares aut processum aliquem inde factum nec non capleutas factas usque in hunc presentem diem quas per notarios ipsas conficientes cancellari jubemus et pro nullis cassis et irritis haberi volumus et jubemus. Mandantes per presentem cartam nostram dicto procuratori nostro generali ejusque in Aragonum vices gerenti bajuli regni Aragonum generali nec non justitiis juratis merinis ceterisque offitialibus et comissariis nostris vel dicti procuratoris delegatis vel eorum loca tenentibus presentibus et futuris quod predicta observando et observari firmiter faciendo contra ea non veniant nec aliquem vel aliquos contravenire permittant aliqua ratione. Data Barchinone sub sigillo nostro secreto VIII Idus julii anno Domini Millesimo treccntesimo quadragesimo tertio. Ja... vidit.

XXXXII.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya et de Corsega et Comte de Barchinona. Als amats et feels seus los jurats et prohomens de la ciutat de Barchinona et a tots los habitants en la vegueria de Barchinona et de Valles. Salutem et dilectionem. Depuys que per altres letres nostres vos havem manat que ab vostres armes et apparellaments fossets ab nos a la ciutat de Gerona per continuar nostra uxecucio contra las terras de Rossello et de Cerdanya. Es vengut a nos lo cardenal de Rodes per tractar avinença entre nos et aquell qui fo Rey de Mallorcha al qual cardenal nos havem ja respost que per neguna res nons lexariem dacabar poderosament la dita execucio per queus manam fortment et destreta sots pena de cors et daver et de la fe et leyaltat a quens sots tenguts que ab cavalls et armes et altres apparellements et pa a IIII meses siats ab nos a la ciutat de Gerona lo XV dia del present mes de juliol segons que jaus havem manat. Dada en Barchinona sots nostre segell secret a XI dies de juliol en lany de MCCCXLIII.

XXXXIII.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorcha de Sardenya et de Corsega et Comte de Barchinona. Al amat lo veguer de Barchinona et de Valles o a son loch tinent. Salutem et dilectionem. Depuys que per les letres nostres vos havem manat que ab les osts de la dita vegueria fossets ab nos a la ciutat de Gerona es vengut a nos lo cardenal de Rodes per tractar avinença entre nos et aquell qui fo Rey de Mallorcha al qual cardenal nos havem ja respost que per neguna res nons lexariem dacabar poderosament la nostra execucio per queus manam fortment et destreta sots pena de cors et daver et de la fe et leyaltat a quens sots tengut que ab les dites hosts siats ab nos a la ciutat de Gerona lo XV dia del mes present de juliol segons que jaus havem manat. Data en Barchinona sots nostre segell secret a XI dies de juliol en lany de MCCCXLIII.

XXXXIV.

Sertificam vos senyor que lo salari de II misatges dels guardians del Port es sinch lliures lanyn cascu

Data divendres a XVIII jorns de juliol lanyn M CCCXLIII.

De part dels procuradors reyals de Malorches.

XXXXV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Fidelibus bajulo Sancti Petri de Auro ceterisque offitialibus nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Cum Bn. de Gadens Gimonetus de Godens R. de Godens Petrus Serra Petrus Ricolf Bn. de Viladarrau Berenguer de Torrablancha Bn. Ceseres Petrus Cescases Raimundus Satosa Bn. Cescodres Ferrarius Michaelis Jacobus Figuerola Guillermus Mercet Anthonius de Ricolf Michael de Torrebruna Petrus Sotsina Bn. de Caselles Bn. Çacoma Petrus de Calidis Berengarius Saleura Bn. de Plano et Simonetus de Godens sint in servicio nostro sequendo cum suis azemilis exercitus nostros cum nobili Luppo de Luna. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus non compellatis superius nominatos ad alium exercitum faciendum ve solvendum aliquid pro eodem. Data Figuerii sub nostro sigillo secreto VII kalendas augusti anno Domini MCCCXL tertio. A. vicecancellarius.

XXXXVI.

Serenissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comitique Barchinone. Consules et probi homines ville Perpiniani prosperos ad vota successus et felicium successuum incrementa. Serenissime Princeps et domine intelleximus pro constanti et per magna inditia et signa cognoscere possumus evidenter quod vestra regia celsitudo per terram et mare intendit expugnare terram Rossilionis et Ceritanie et alias terras illustris principis domini nostri Jacobi Regis Majorice cismarinas quod dolenter refferimus et cum dolore animi et cordis anxietate gerimus eo quod tanta discordia inter tantos principes nexu sanguinis affinitatis vinculo colligitatos ac precordiali amore retroactis temporibus coadhunatos a tam modico tempore citra extitit infeliciter suscitata maxime cum nos nesciamus prefatum dominum nostrum Regem aliqua perpetrasse que animum vestre celsitudinis ad taliter procedendum contra eundem et terras citas nosque degentes in eisdem debuissent agitasse seu movisse et cupimus affectuose per processus si qui per vos ac jussu vestro sint contra predictum dominum nostrum Regem illustrem et ejus terras et nos et degentes in eisdem de illis plurimum certifficari quod facere feliciter nequiremus nisi precepto celsitudinis vestre copia illorum nobis

ex integro auctoritate vestra regia vel decretô judicis competentis publicata traderentur. Certificantes vestrum regium culmen per presentes quod certificati plenius de premissis per dictam copiam procurabimus et faciemus posse nostrum cum effectu quod illustris dominus noster Rex servabit vestre regie celsitudini conventiones et pacta positas in instrumentis pactionum dudum inhitarum inter bone memorie Reges Aragonum et Majorice predecessores vestros dicti domini Regis Aragonum et dicti domini nostri Majorice Regis ac inter vos et ipsum renovatos et etiam complere juxta tenorem instrumentorum pactionum predictarum. Idcirco vestre regie celsitudine perfulgenti humiliter supplicamus quatenus dignetur nobis graciose concedere et tradi facere religioso viro fratri Anthonio beati Augustini ordinis presenti exhibitori nostro nuntio super hec spetialiter destinato copiam ex integro dictorum processuum et aliarum si qui vel que sint auctoritate vestra regia vel decreto judicis corrob.. .... ut illis in juditio vel extra haberi possit fides et ut dictum est certificari valeamus de causis et rationibus qua causa dederunt et dant vobis processus jamdictos et alia faciendi digneturque etiam interim ab omni processu per modum exercitus vestre potentie hostiliter contra dictum dominum nostrum Regem terras supradictas nos et degentes in ipsis ab incepto et incipiendo processu misericorditer supersedere et abstinere alias vestre reguali clementie innotescat presente tenore quod si precellens vestre reguali potentie contra dictum nostrum Regem predictum ejusque

terras nos et alios in illis degentes et bona eorum exercitu seu more hostili ac manu potenti de facto occuparetis seu procederetis nos deffendemus et deffendere intendimus toto nostro conamine et vigore usque ad mortem honorem serenissimi domini nostri Regis Majorice terras ot bona nostra contra potenciam vestram serenissimi principis Regis Aragonum sic voluntarie procedere volentes et servabimus in omni casu fidelitatem nostram illesam et immaculatam Deo dante in deffensione ipsius domini nostri Regis Majorice terrarum predictarum nostrorum et degentium in illis ac bonorum eorumdem pro viribus debitis atque juste etiam si in aliquo vobis fuerimus obliguati. Data Perpiniani, die dominica XXVII die mensis julii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio.

Serenissimo ac magnifico principi et domino domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comitique Barchinone.

Consules Perpiniani.

XXXXVII.

Als honrats lo gobernador veguer batle de la ciutat de Mallorca et a tots altres officials de la Illa de Manorca et a lurs lochstinents de part den P. des Bosch scriva de Reccio de casa del Senyor Rey fas vos saber que En Pasqual Formit de la parrochia de Maho de la Illa de Manorca ha aportades per mar viandes se-

gons que plenerament ne som estats certificats ço es pa vi civada oli et legums a la host del dit Senyor Rey en Rossello per la execució de justicia que fa contra lo Rey qui fo de Mallorcha et per la provisio quel dit Senyor Rey ha feta que tota persona qui port o portar faça a la dita host vianda fos alongada de tots deutes que degues axi a christians con a jueus o a qual sevol persones totes penes et usures cessants del dia davayl scrit a I any continuament esdevenidor. Et encara que negun creador no gos fer clam en neguna cort de negun deutor o fermançes daquell sots pena de cors et daver dins lo dit temps per so de part del dit Senyor Rey vos man que al damunt dit Pascual Formit et a ses fermançes observets les dites provisions per lo dit Senyor Rey fetes per les rahons en lo present albara contengudes. Scrit en la Orta de Canet lo darrer dia del mes de juliol anno Domini Millesimo CCCXL tertio.

XXXXVIII.

Molt alt e poderos Senyor. Sapia la vostra magnificencia mi haver reebuda una letra vostra en la qua me manavets.que on maguessets mester en alcuns tractaments quis deuen començar entre vos Senyor e lalt En Jacme de Mallorques que anas personalment a vos en una galea la qual mavets tramesa al port de Roses. A la qual be entesa respon Senyor a la vostra ex-

cellencia que jo aguera gran plaer queus pogues servir en los dits tractaments car molt ho he tengut a cor e tinch encara e vos senyor ho podets haver conegut tro ara mas per accident de malaltia perillosa que jo he en ma persona ço es fluix de ventre ordenat a dissenteria et gran dolor en les ronyons et en les parts de lesquena jo no poria anar a vos senyor per mar ne per terra sens gran perill de la mia persona segons que jo trop ab mi et los metges dien. Per que supplich humilment et reverentment a la vostra clemencia et bonea quem tingats per escusat de la anada et siats cert senyor que oltra lo mal que jo he he gran passio de cor que mes gran pena con jo no puix esser ab vos en aquest cas e podets entendre senyor que si jo ho podia fer sens lo dit perill encontinent seria ab vos.

Dels tractaments senyor vos navets ja bona informacio la qual vos fo donada en larchiu vostre en Barchinona lo dia quen partis et es me vijares que en tot cas ans de tractaments alcuns dejats saber la intencio dels homens de Perpinya si aquells venen be a la vostra justicia et als afers no havets mester altres tractaments en altra manera podets regonexer e fer regonexer los capitols que jo dicte et ordene ab alcuns de vostre consell en Figueres los quals te lo confessor. E si segons aquells no enadit ne tolt res que mudas la substancia se adobava lo feyt e lo dit alt En Jacme romania en la forma contenguda en los dits capitols enten ques poria sostenir et que vos senyor no ho puxats be denegar en altra manera

senyor guardat vos de punt arrapat e carregat ne aquells qui hi cabran. En G. Albert deu molt saber de la intencio de la universitat de Perpinya e los nobles vezcomte de Illa et Namar de Mosset et els altres qui tenits en capleuta poden molt ajudar a tirar la intencio de la dita universitat ab bones induccions o quels sia donada clara informacio del vostre dret et de ço que ells vos son tenguts per fe e per homenatge e aço sap molt be lo senyor infant En P. qui pus clarament et pus bella los ho dara a entendre que jo ne altre no sabriem. Quant als punts de dret et de usatge et de costum de Cathalunya bons doctors et savis havets qui hi guardaran la vostra justicia et dret e pus havets bona companya et viandes assats no laguiets en tractaments car jo no creu quels homens de Perpinya se lexen talar pero assajats ho senyor et nou laguiets per res car los affers ne serien menys. . . . . neus tinguen a noves car ab abelliments vos porien t . . . et. . lre lo temps et fer nos hien perdre los affers car poch temps havets de hostejar. Deus vos tinga en sa guarda senyor en mantinga al seu servey e promoga la vostra justicia. Scrita en Figueres a III dagost anno Domini MCCCXL tercio.

Jo Arnau ça Morera humil e devot servidor et hom vostre besan reverentment vostres mans me coman en la vostra gracia e merce.

Sacre Regie Magestati.
Narnau Carrera vicecanceller.

XXXXIX.

Eu Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya e de Corcega e comte de Barchinona. Al amat. . . . . Salut et dileccio. Com nos per contradiccio de ferma de dret a nos feta per lalt En Jacme de Mallorca e per altres raons . . . . agudes hajam enantat e continuem denantar a pendre realment totes les terres quel dit En Jacme tenia per nos. . . . . . . en lo comtat de Rossello per pendre realment e per tenir aquell ab tots sos drets e pertinencies en nostra senyoria . . . . . . de Canet situat dins les limites del dit comtat hajam parades nostres tendes et tingam en nostra senyoria lo dit comtat et barons cavallers homens de ciutats et viles del dit comtat a nos axi com a tenent aquell en nostra senyoria sien tenguts a lur senyor daquelles coses que al dit alt En Jacme havien acustumat et devien respondre. Per çous deim eus manam que façats homenatge et sagrament de feeltat et totes altres coses que erets acustumat et tengut de fer al dit En Jacme de Mallorca et . . . . façats. En altra manera enantariem contra vos axi com contra aquell qui nega fer a son senyor feeltat et altres coses a qui es tengut. . . . segons justicia. Dada en les hosts prop Canet sots nostre segell secret a . . . dies dagost en lanyn de MCCCXLIII. Ja. vidit.

L.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Perpiniani. Salutem et dilectionem. Dudum vobis scripsimus in hec verba. Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilectis suis consulibus probis hominibus et universitati ville Perpiniani. Salutem et dilectionem. Habet tenax preteritorum memoria diffusa veterum assertione in juvenes et modernos ac monumenta publica in Archivo nostro recondita veridice attestentur. Quod dudum sindici actores et procuratores universitatis dicte ville Perpiniani ad suscripta spetialiter constituti nomine suo dicteque universitatis et successorum suorum et ipsius universitatis de mandato scilicet illustris Jacobi bone memorie Majorice Regis comitis Rossiliouis et Ceritanie ac domini Montispesulani promiserunt illustrissimo domino Jacobo Regi Aragonum Valencie et Murcie ac comiti Barchinone avo vestro felicis recordationis et suis servare et complere compositionem et pactiones inter dictos dominos Jacobum Aragonum ex parte una et Jacobum Majorice Reges ex altera juratorum super questione per eundem dominum Aragonum Regem seu illustrissimum dominum Petrum clare memorie dicti domini Ja-

cobi Regis Aragonum genitorem mota seu facta contra Regem Majorice prefatum de dicto scilicet Regno Majorice insulis ei adjacentibus ac de comitatibus et terris Rossilionis Ceritanie Confluentis et Vallispirii de Caucolibero et villa Montispesulani cum castris et terminis suis. Et nichilominus procuratores actores et sindici memorati nominibus quibus supra visis et etiam intellectis compositione et pactionibus supratactis et certificati plenarie de eisdem promiserunt se facturos et curaturos quod omnia et singula contenta in dictis compositione et pactionibus servarentur obligando se et suos ac universitatem predictam quod eadem servarent ac servari facerent pro toto posse eorum in perpetuum et aliquem contravenire non permitterent quovis modo quodque ad premissa servanda totum facerent posse suum. Promiserunt etiam procuratores actores et sindici prelibati nominibus antedictis per se et suos dicto domino Jacobo Regi Aragonum atque suis quod si heredes forte vel successores ejusdem Majorice Regis servare nollent et complere dictas compositionem et pactiones et omnia et singula in instrumento ejusdem compositionis apposita et contenta ipsi dictos heredes et successores sepedicti Majorice Regis contra dominum Jacobum Aragonum memoratum vel successores suos in aliquo non defenderent vel juvarent donec premissa per eos servata essent effectualiter et completa quinimmo obligaverunt se et successores suos facturos et creaturos quod heredes et successores prefati Majorice Regis omnia et singula complerent et servarent in dicto instrumento compo-

sitionis apposita et contenta. Preterea juraverunt iidem procuratores sindici et actores per Deum et ejus sancta quatuor evangelia manibus suis tacta nec non etiam de mandato expresso dicti Majorice Regis qui absolvit primitus illos quantum ad hec ab omni dominatione sacramento fidelitate et homagio quibus eidem existerent obligati fecerunt homagium domino Jacobo Regi Aragonum sepedicto illud recipienti pro se suisque successoribus memoratis pro pretactis omnibus complendis et firmiter observandis prout hec in instrumento confecto de dictis promissionibus latius continetur. Quequidem compositio et pactiones fuerunt olim et novissime per nos ex parte una et per illustrem Jacobum Majorice Regem carissimum fratrem nostrum ex altera renovate. Porro quia post renovationem novissimam antedictam nuper gravis de terris nostris rumor egressus ad nos pertulit quod idem Majorice Rex contra fas et licitum et contenta in compositione et pactionibus sepedictis et tanquam immemor earundem aliam monetam preter Barchinonensem currere permisit et fecit ac etiam permittit et facit in dictis terris Rossilionis et Ceritanie Confluentis Vallispirii et Cauquiliberi et quod est gravius tolerandum cudit seu cudi fecit et facit publice monetam in dicta villa Perpiniani in dicto comitatu Rossillionis sistenti nec non etiam conflari seu fiendi monetam regalem nostram Barchinone seu argenti quem intacta penitus permansisse nec ab eodem Rege contaminationem aut dimiutionem aliquam debuerat suscepisse dictum Regem per litteram nostram citavimus et novimus in-

jungentes ut XXVI die si feriata non esset alias sequenti non feriata a receptione dicte citationis littere continue numeranda quem terminum sibi pro tribus citationibus vel edictis peremptorie duximus assignandum compareret personaliter coram nobis in civitate Barchinone paratus subire juditium et firmare de directo in posse nostro super omnibus supradictis et alias debite procedere super eis prout de jure et ratione ac secundum usaticos Barchinone et conventionnes predictas existeret faciendum prout hec et alia in ipsa nostra citationis littera plenius ennarrantur. Dictus vero Majorice Rex die quam ei prefiximus ut prefertur nec etiam in sequenti usque ad quam fuit de gratia expectatus per se vel alium ejus nomine non comparuit coram nobis in aula majori palatii nostri Barchinone horis debitis personaliter existentibus paratus facere que in dicta citationis littera continetur et quem sibi injungebamus in ea et facere tenebatur. Qua ex causa nos eundem Regem Majorice virtute dicte citationis reputavimus contumacem et ad alia processimus juxta dictos usaticos et consuetudinem Cathalonie justicia suadente. Cumque per hoc consequenter assit locus promissionibus ut premittitur factis per procuratores actores et sindicos antedictos juramentis et homagiis roboratis. Idcirco hec omnia et singula fidelitati vestre tenore presentium intimamus et vigore dictoram juramenti et homagii vos et singulos vestrum expresse requirimus quatenus promissiones ipsas secretis juxta earum seriem et tenorem. Nec non et juramentum et homagium sepe fata que non debent obli-

sione subduci nec possunt tergiversatione qualibet occultari in recta consideratione ac ponderata ut convenit deducentes quantum interest tenere et sine diminutione aliqua observare promissiones juramentum et homagium memorata inviolabiliter observetis. Alioquin si quid tamen non speramus nec potest cadere in cor nostrum requisita per nos recusaveritis vel contempseritis complere et observare vel dicto Regi Majorice contra conventiones predictas in rebellione quavis nobis super predictis facta vel fienda adhescritis vel deffensionem juvamen vel favorem ipsi quomodolibet prestiteritis ac obliti fueritis juramenti et homagii eorundem. Significamus vobis quod in hiis potenter providebimus et faciemus pro conservatione juris et regalie nostre prout culmen deceat regie dignitatis. Ceterum ne de singulis sigillatim et breviter supratactis videlicet de promissionibus juramento homagio potestate promittentium et jurantium et homagium prestantium premissorum nec non de dictis compositione pactionibus et renovatione littera vestra citatoria et tenoribus earundem dubitari per quospiam valeat seu ignorantia quomodolibet allegari copiam inde vobis mittimus clausam sub nostri sigilli munimime cum presenti. Scituri quod super presentatione presentium vobis fienda latori earum qui nobis inde fideliter referre juravit dabimus plenam fidem. Datum Barchinone VIII idus junii anno Domini MCCCXLII. Cumque rationibus supradictis et aliis in processu inde habito declaratis processerimus et continuemus procedere ad emparandum et realiter apprehendendum

omnes terras quas inclitus Jacobus de Majorica supradictus tenebat pro nobis in feudum. Et ex hoc ingressi fuerimus terram comitatus Rossillionis pro apprehendendo realiter et in nostro dominio retinendo dictum comitatum cum suis juribus et pertinentiis universis. Et jam satis prope dictam villam et in ejus aspectu fixerimus castra nostra ipsumque comitatum in nostro dominio teneamus quo casu barones milites et homines civitatum et villarum dicti comitatus nobis ut tenenti eundem in nostro dominio facere vobis homagium et fidelitatis juramentum ac respondere ut domino teneantur de hiis omnibus et singulis de quibus ipsi Jacobo de Majorica respondere cousueverunt et debebant. Ideirco absque prejuditio processuum jam factorum et cujusvis alterius juris vestri vobis et singulis vestrum iterato et ex superhabundanti presentium serie dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus faciatis compleatis et observetis omnia et singula in preinserta litera expressata. Nec non faciatis nobis homagium et fidelitatem et omnia alia et singula quem dicto Jacobo de Majorica faciebatis et facere tenebamini quovismodo alioquin contra vos et singulos vestrum procedimus et faciemus procedi tanquam contra denegantes suo domino facere homagium et fidelitatem et alia supradicta et alias justicia exhigente. Scituri quod super presentatione presentium vobis fienda affixioni earum in quodam telo ante conspectum dicte ville cum nullus qui eas deferret dictam villam absque mortis periculo ingredi possit dabimus plenam fidem. Datum in Castris apud dictam villam

Perpiniani septimo idus augusti anno Domini MCCCXL tertio sub nostro sigillo secreto. Ja. vidit.

LI.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Attendentes quod dum ad regimen officiorum quibus vacare personaliter non valemus personas sufficientes et idoneas ordinamus nedum utilitati nostre et reipublice providemus sed etiam Deo opus acceptabile operamur. Ideo de probitate legalitate et sufficientia vestri dilecti nostri fratris Guillermi de Guimerano ordinis sancti Johannis Jherosolimitani plenarie confidentes. Tenore presentium facimus constituimus et ordinamus vos dictum fratrem Guillermum procuratorem nostrum certum indubitatum et spetialem ad regendum gubernandum et tenendum in pace et justicia universos et singulos populos et habitatores universorum et singulorum castrorum villarum et locorum que habemus et tenemus in nostro dominio intra comitatum Rossilionis vigore executionis quam facimus contra inclitum Jacobum de Majorica nobis rebellem juxta morem et consuetudinem hactenus observato. Dantes et concedentes vobis potestatem imponendi eis illas penas banna et multas de quibus prout quando et quotiens vobis videbitur faciendum easque exigendi et contrafatientibus levandi et eos et ipsorum sin-

gulos puniendi civiliter et criminaliter prout negotii qualitas exiget et requiret eisque diffinitiones remissiones fines et gratias faciendi tam de rebus pecunnia quam personis nec non requirendi petendi recipiendi et conservandi ac requiri peti recipi et conservari faciendi census tascas agraria decimas primicias tertia laudimia ac quosvis alios redditus et jura ad vos intra dictum comitatum spectantia vel spectare debentia quovis modo de quibus nobis seu nostro thesaurario teneamini integre respondere et omnia alia et singula faciendi et procurandi que ad regimen populi et locorum reddituum et aliorum predictorum etiam si hic non sit declaratum sunt et erunt necessaria ac etiam opportuna et que nos possemus personaliter constituti ratum et firmum habentes quidquid per vos factum fuerit in predictis et quolibet premissorum et dependentium seu emergentium ex eisdem et nullo tempore revocare seu contravenire sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo secreto munitam. Datum in castris prope locum de Caneto XIII kalendas septembris anno Domini MCCCXL tertio. Ja. vidit.

LII.

Al molt alt e molt poderos princep e senyor senyor En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Malorches de Serdenya de Corcega e comte

deBarçelona. Humils sotzmeses vostres.... jurats e prohomens de Malorches si matexs ab humil e ab devota recomendacio e ab basamens de mans e de peus. Molt alt princep e senyor. Sapia la vostre reyal magestat nos novelament aver reebude vostre letre feta a XXII dagost de la qual agem gran pagament con plach a la vostra alta senyoria nos certificar dels afers de la vostra reyal magestat manant encara a nos que fossem vellans e diligents en lo regiment e comuna utilitat del regne de Malorques. Perque molt alt princep e senyor certificam la vostra alta magnificencia que en lo bon regiment del dit Regne trebelam co a leyals e vertaders vassalls vostres en honor de la vostre reyal magestat e en be e utilitat de tota la universitat e continuarem sia Deu plau en tal manera que sera en axelçement e honor de la vostre corona e be e profit dels vostres sotzmeses e de tota la universitat. Nostre Senyor per la sua misericordia conserva lestament de la vostre altesa e li don honor e victoria tos temps e li placia nos el Regne en la sua gracia haver recomanats. Dade a Malorches a XIII dies de septembre anno Domini MCCCXL tertio.

Serenissimo ac magnifico principi domino nostro domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice ac comiti Barchinone.

Jurati et probi homines Majorice.

LIII.

Serenissimo ac magnifico principi domino nostro

domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice ac comiti Barchinone. Sui humiles et devoti... jurati et probi homines Majorice se ipsos cum humili recomendatione et devoto manuum osculo atque pedum. Quia mitentium voluntates latius et comodius viva vox aperit . . . scriptura. Et pro certis et arduis negotiis statum reipublice et universitatis Majorice consernentibus nuntios nostros et ambaxiatores ad vestram regiam clementiam .profecturos eligerimus et distinemus providos viros Guillermum de Terminis et Berengarium de villa Torrada cives Majorice presentium exhibitores super eisdem negotiis de veritate plenarie informatis. Pro tanto hnmilitate et reverentia quibus decet vestre regie magestati supplicamus quatenus eorundem relatibus fidem credulam et favorem benignum cum exauditionis gratia prebere dignemini. Omnipotens per sui misericordiam regiam clementiam vestram conservare dignetur per tempora longiora in statu prospero et felici et habere dignetur nos et regnum in sui gratia comendatos. Datum Majorice idus septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio.

Serenissimo ac magnifico principi dumino nostro domino Petro Dei gratia Regi Aragonum Valencie Majorice Sadinie et Corsice ac comiti Barchinone.

Jurati et probi homines Majorice.

LIV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili et dilecto Arnaldo de Erillo gubernatori generali Règni Majorice. Salutem et dilectionem. Cum nos ordinaverimus et velimus quod universi et singuli mercatores et quevis alie persone cujuscumque conditionis status fuerint sive gradus et undecumque fuerint solvant seu prestent in civitate et Regno Majorice et ei adjacentibus insulis universis lezdas et quevis alia jura vel vectigalia que jam ante quam ad nos pervenissent civitas regnum et insule memorate solvi consueverant seu prestari. Propterea vobis expresse dicimus et mandamus quatenus ab omnibus et singulis mercatoribus et personis aliis quibuscumque faciatis exigi et levari lezdas jura et vectigalia supradicta. Et a prestationibus seu solutionibus eorundem nullum penitus eximatis qui dudum ea solvere consueverit ut est dictum. Datum Barchinone nonas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. A. Vicecancellarius.

R. Sicardi mandato Domini Regis facta in consilium.

LV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili et dilecto Arnaldo de Erillo gubernatori generali Regni Majorice. Salutem et dilectionem. Licet per aliam nostram litteram faciamus vobis subsequens mandamentum. Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. Nobili et dilecto Arnaldo de Erillo gubernatori generali regni Majorice. Salutem et dilectionem. Cum nos ordinaverimus et velimus quod singuli mercatores et quevis alie persone cujuscumque conditionis status fuerint sive gradus et undecumque fuerint solvant seu prestent in civitate et regno Majorice et ei adjacentibus insulis universis lezdas et quevis alia jura vel vectigalia que jam antequam ad nos pervenissent civitas Regnum et Insule memorate solvi consueverant seu prestari. Propterea vobis expresse dicimus et mandamus quatenus ab omnibus et singulis mercatoribus et personis aliis quibuscumque faciatis exigi et levari lezdas jura et vectigalia supradicta et a prestationibus seu solutionibus eorumdem nullum penitus eximatis qui dudum ea solvere consueverit ut est dictum. Datum ut infra. Volumus tamen vobisque mandamus quatenus observetis privilegium franquitatum per nos indultum noviter civibus Barchinone preinserta littera non obstante. Datum Barchinone nonas septembris anno Domini Mi-

llesimo CCC quadragesimo tertio. A. Viceeancellarius.

LVI.

Monsenyor sapia la vostra reyal magestat que vuy que es dimecres a III de setembre hora de vespres I hom appellat P. Tintorer patro de leny dorla vench devant mi ab lo guardia nostre del port de Mallorques e comptam e dixme que ell novellament era vengut ab lo dit leny seu carregat de Mallorques de castell de Caller e quen era partit a XX dies del mes dagost prop passat e que dues galeas de prohensals qui seren armades en Napols eren stades en lo dit loch de Caller per saber noves del estol vostre car gran pahor havien que no vengessen en aquelles mars e les quals galeas prenien e robaven, tot hom qui fos cathala e que han cremades barques de la Isla de Sardenya. Dix enquare lo dit Patro que com eyl parti ab lo dit leny de Sicilia quey havia segeties del Rey Robert que robaven tot cathala e tota altra persona qui en mans los vengues sì que com eyl parti de Trapena per venir al dit loch de Caller havien robat entre naus e lenys pus de XII entrels quals robats diu lo dit Patro que es stat eyl I. Per que Senyor placia a la vostra senyoria quen trametats dessa galees ab les quals les gents desta terra navegants sien defensades destes males gents e robadors car en altra manera siats cert senyor que poch

se volria la terra si la mar no es segura con tot lo major be de Mallorques es per raho del navegar e de la mercaderia e enquare mes senyor les naus e els altres vexells qui de Mallorques son partits per anar en Sicilia e Serdenya per portar forment en Cathalunya e en Mallorques serien en gran perill e condicio. E axi Senyor sia la vostra merce de provehir en asso al pus breu que puschats. E segons la rumor que ja hic es pensats vos senyor quina e qual seria si negun affany ne dampnatge per la dita raho sofferien ne havien. Data en Mallorques dimecres a III del mes de setembre del any MCCCXL tres.

Besan la terra quels vostres peus calsiguen me coman en vostra gracia jo Arnau Deril gobernador del Regne vostre de Mallorques.

Al molt alt e molt poderos princep e senyor senyor En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Malorques de Serdenya e de Corcega et comte de Barcelona.

LVII.

Molt alt princep e senyor En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia e de Malorqua de Serdenya de Corsega e comte de Barsalona. Humilment la vostra altea certifich que la vostra cort es cresquda molt de negocis e creyxs tot die. Perque senyor placia a la vostra altea dun altre assessor dejats provesir a la

cort del veguer cor hu senyor no basta e dasso senyor vos havia soplegat abans que dassi partissets e enquara nos ne fet escri ure al gobernador. Perque placia a la vostra altea que vo s vulats provesir com abans pusquats cor asso es gran dany de les gents que no poden haver espeegament e de mi senyor. . . gran carrech a qui vos o havets c omanat com ja sia acostumat de haver II asse ssors en la dita cort del veguer so es hu de criminal e altre do civil. Data en la ciutat nostra de Malorqua a IIII dies del mes de setembre any de nostre senyor MCCCXLIII.

Lo vostre humil Hombert des Fonoylar veguer de Malorqua besan la terra on les vostres peus calsiguen se comana als peus de la vostra real altea humilment.

LVIII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsic e comesque Barchinone. Fideli suo Raimundo de M arginibus civi Barchinone. Salutem et dilectionem. Cum nos pro defensione Insule nostre Sardinie que per diversos piratas circumdatur frequenter et tam gentes nobis subdite quam extranee nationis que ad ipsam Insulam cum earum mercimoniis navigant pluries in maribus dicte Insule per ipsos piratas capiuntur et disraubantur ob quod nedum eisdem lesiones et dampna quam pluria immo etiam nostris

redditibus ejusdem insule detrimenta non modico subsequntur concesserimus probis hominibus et universitati castri Callari duas galeas cum earum exarciis cum quibus dicta Insula a molestia et oppresione dictorum piratarum viriliter deffendatur. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus incontinenti visis presentibus tradatis et deliberetis . . . . nostro Francisco . ... ambasiatori universitatis castri jamdicti pro certis ejusdem universitatis negotiis ad nostram curiam destinati . . . . galeas sutiles abtas et bonas ad navigandum cum eorum exartiis ducendas per eum ad portum castri jamdicti ut inibi cum et de consilio gubernatoris nostri ordinetur per probos homines dicti castri qualiter et quomodo cum eis obvietur iniquis predictorum depredationibus piratarum que infinite dampna a multo tempore citra nobis et nostris gentibus ac aliis ut predicitur intulerunt quibus galeis cum predictis exarciis traditis recuperetis a dicto Francisco presentem cum apocha de recepto. Volumus tamen et intendimus quod dictus Franciscus nomine universitatis assecuret quod dicte galee restituantur nobis vel nostre curie cum fuerint ad vetustatem deducte. Datum Valencie decimo kalendas decembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo tertio. A Vicecancellarius.

Cartas Reales. Legajo n. 84.

I.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Dilecto nostro judici ville Podiiceritani Salutem et dilectionem. Ad nostram accedens presentiam Bernardus Zarocha de civitate Minorise nobis exposuit conquerendo quod quidam suus servus conduxit consulibus dicte ville quendam mulum suum in civitate Barchinone et cum ipsi fuissent in dicta villa cum dicto mulo Jacobus de Majorica capi et abstrahi violenter fecit per homines de familia sua dictum mulum ab hospicio Jacobi Huguet de dicta villa una cum aliis tribus mulis videlicet Guillermi Boxo de Minorisa et quorundam aliorum et eisdem mulis sic detentis per unam diam fuerunt post redditi servientibus dominorum eorundem mulorum excepto dicto mulo Bernardi jamdicti quem mulum dictus Jacobus dedit Artaldo de Payllars quia idem mulus erat pulcrior aliis predictis. Et post cum dictus Jacobus fuit expulsus a dicta villa et ivit ad Montempesulanum dictus Bernardus petiit ab eo sibi facere reddi dictum mulum quod dictus Jacobus facere recussavit asserens ipsum habuisse de bona et justa guerra. Et de predictis dictus

Bernardus asserit fore publicam famam. Quare suplicavit nobis sibi super hiis de justicia remedio provideri. Nos igitur huic suplicationi annuentes beningne vobis dicimus et mandamus quatenus de premissis informationem veridicam recipiatis et cum eam receperitis ipsam ad nostram curiam protinus transmitatis ut super hiis procedere valeamus quod justicia suadebat. Datum Perpiniani quarto nonas januarii anno Domini MCCCXL quarto. A. Viceecancellarius.

Dominicus Jor ex provisione per Petrum Garsiam de Loriz et Jacobum de Faro auditorem.

II.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Fideli hostiario nostro Guillermo de Millano. Salutem et gratiam. Cum alique persone loci Coquiliberi diversis de causis inclito Jacobo de Majorica aliquas peccunie quantitates exsolvere tenerentur que ex justis rationibus nobis adquisite existunt. Idcirco vobis expresse dicimus et mandamus quatenus ad dictum locum personaliter accedendo personas easdem juxta informationem per fidelem Bernardum Turubi procuratorem ad hec per nos constitutum vobis traditam in personis et bonis fortiter compellatis ad dandum et solvendum dicto Bernardo Turubi quantitates pecunie supradictas qui Bernardus Turubi de eis-

dem debet dilecto consiliario et thesaurario nostro Bernardo de Ultzinellis legum doctori pro parte nostre curie respondere. Volumus tamen quod si alique ex dictis personis aliquas justas rationes habuerint propter quas ad predicta assererent se non teneri ipsas rationes coram dicto nostro thesaurario proponere teneantur. Qui thesaurarius noster auditis dictis rationibus super predictis breviter et sine litte faciet quod juris fuerit seu etiam rationis. Comittentes eidem nostro thesaurario cum presenti in et super predictis plenarie vices nostras. Mandantes per presentes capitaneo dicti loci Canquiliberi vel ejus locum tenenti nec non aliis quibuscumque officialibus nostris presentibus et futuris quod in et super predictis quociens a vobis inde fuerint requisiti prestent auxilium consilium et favorem. Datum Perpiniani XV kalendas februarii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. A. Viceecancellarins.

R. Sicardi mandato Regis facta per vicecancellarium.

III.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsiee Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Dilceto nostro vicario Ausone vel ejus locum tenenti. Salutem et dilectionem. In petitione nobis exhibita per capellanum Sancti Martini de armanciis

terre Rivipullensis diocesis Vicensis vidimus contineri quod aliqui de Manleu et de Coreyllo terre Osone dum exequtionem faciebamus contra Jacobum de Majorica venerunt ad locum de Solamal qui est in valleRipparum in quo dictus capellanus habet quandam ecclesiam et de illa levarunt et secum portarunt quandam squillam seu campanam valentem duodecim librarum Barchinone vel circa quam modo detinet indebite Raymundus de Sanilyars de Manleu et illam recusat tradere capellano jamdicto in ipsius et dicte ecclesie non modicum nocumentum asserens quod ipse et complices seu socii sui volunt habere pro redemptione ipsius campane centum solidos Barchinone. . . ad humiliter suplicationem per dictum capellanum nobis inde exhibitam vobis dicimus et mandamus quatenus vocatis vocandis vobis constito de premissis compellatis dictum Raimundum debite ad restituendum dictam squillam seu campanam dicto suplicanti procedendo super hiis summarie et de plano sola facti veritate attenta. Datum Perpiniani quarto decimo kalendas februarii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto. A. Cancellarius.

Dominicus Jor ex provisione per Petrum Garsiani de Loriç et Jacobum de Vedrinyanos auditorem.

IV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice

Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Fideli nostro bajulo loci de Volono. Salutem et gratiam. Ad nostram occurrens presentiam Guillermus Fuxi faber dicti loci humiliter supplicavit. Quod cum ipsi Guillermo debeantur quadraginta quinque solidos sex denarios Barchinone pro diversis operibus ferri per eum factis ad opus murorum turrium et ceterorum ffortalitiorum que in dicto loco facta fuerunt tempore et mandato incliti Jacobi de Majorica et eos ab operario qui tunc erat vel alia persona recuperare non potuerit usquequaque in ejus perjudicium et gravamen dignaremur sibi super hiis decens remedium adhibere. Quare admissa supplicatione ejusdem vobis dicimus et mandamus quatinus faciatis ipsi Guillermo in predictis justiciam breviter sine litte. Datum Perpiniani XIIII kalendas fabruarii anno Domini MCCCXL quarto.

Franciscus Fuxi ex provisione per Petrum Garcia de Loriç et Ja. Duc auditorem.

V.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Nobili et dilecto Julione de Montanyo illustris Regis Francie nostri carissimi consanguinei majordomo. Salutem et dilectionem. Per alias nostras litteras dicti Regi scribimus post salutationis pream-

bulum in hec verba. Vestri magnificentie defferimus per presentes quod pro quibusdam arduis negotiis nostrum Regium diadema tangentibus vehementer deliberavimus nostros in proximo ad dominum summum Pontificem solemnes nuntios destinare quos sumpta suspitione militi Jacobi de Majorica et ejus consortum providimus cum armis incedere non ad invadendum sed ad resistendum conatibus predictorum. Igitur magnifficentiam vestram rogans attente quatenus nostri honoris spetiali respectu qui similia et majora pro nobis indubie faceremus velitis Carcassone et Bellicadri senescallis ceterisque officialibus vestris intra dictas senescallias sistentibus per vestras spetiales literas injungere et mandare espresse quod dictos nuntios nostros et familias secum ducentes per loca jurisdictionum eorum cuilibet comissarum cum dictis armis et aliis secum defferentibus permittant libere pertransire eisque si fuerit opportunum in eundo stando et redeundo providere de securo transitu et conductu et regratiabimur vestre magnifficentie illud valde. Datum ut infra. Cumque de vobis geramus fidutiam pleniorem devotionem vestram attente rogamus quatenus nostri spetialis honoris respectu presentetis dictas litteras ipsi Regi et penes eum pro expeditione negotii instare sollicite ut speramus et regratiabimur illud vobis. Certifficantes vos quod dicti nuntii et concomitantes eosdem erunt centum armati equitum et non minus.

Datum Perpiniani VII kalendas februarii anno Domini MCCCXL quarto. H. Cancellarius.

VI.

Molt alt molt excellent e molt poderos princep et senyor. Sapia la vostra reyal magestat que la vostra ciutat e regne de Mallorques estan en bon estament e dien que al dia que vengren a la vostra senyoria nasqueren e que daquell temps en sa Deus los ha fetes senyor moltes gracies et fa totz dies e no desigen ni tenen son cor en res sino solament que preguen Deus que la venguda vostra senyor e de la senyora Regina sia tost e vertederament. Senyor jo no poria escriure a la vostra altea laffany que eylls ne sofferen e el desplaer con tant se triga ni nos poden justar en loch III persones que tantost no parlen dasso per que senyor sia la vostra merce quens lien prenga pietat e quels vuylats consolar. Senyor no pusch scriure a la vostra excellentia lo gran profit e be qui en aquest vostre regne sen seguira ni el dampnatge que les gens ne pendrien si gayres trigava la venguda de la vostra reyal magestat axiu han posat en son cor. Hoc senyor encara con vos no hic poguessetz aturar con II meses que sol de la vostra presentia les gens seran escalfades e endressades e cuydara cascun tenir I lebo al cos. Molt de temps senyor ha que les gents havien estat repremudes que mercaderia ni nosses no sich fehien que res fos ara senyor la mercaderia fas hic fort vigorosament de nosses nou qual dir que en aquestz X dies

de gener qui son estatz de nupcies sic ha fetes aytantes nosses e dassom son yo certifficat senyor per cada parroquia. Primerament a la Seu LXXVIII a Sancta Eulalia LIX a Sent Miquel XLII a Sent Jacme LI a Sancta Creu XLIII a Sent Nicholau XIX e totes aquestes nosses senyors son estades dels grans o. . . . dels cominals de la ciutat. E axi senyor pot veure la vostra altesa com comensen que en X anys no sen hic ha fetes tantes. E si les nupcies durassen mes hagra sen hic fetes atretantes. E segons senyor que he entes vertaderament sen ha fetes molt mes de gran res per les parroquies de fora. Lo meylorament senyor que les gents de les parroquies de fora fan totz jorns es molt gran que mnn. . . . . Garrigue . . . . que ço que no solia valer XX lliures ara val LX. Alra senyor no hic fayll sino la vostra presentia. Scripta en la vostra ciutat de Mallorques a XXV de gener any MCCCXLIIII.

Bezan la terra quels vostres alts peus calsiguen yo Arnau Derill governador general del vostre regne de Mallorques molt humilment me recoman en la vostra gracia senyor.

Sacre Regie Aragonum Valencie Majoricee Sardinie et Corsicee magestati.

VII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice

Sardinie et Corsice comesque Barchinone Russilionis et Ceritanie. Fideli auditori curie nostre Johanni Eximeni Dosca. Salutem et gratiam. Nobis pro parte proborum hominum ville Sancti Mathei regni Valencie humiliter extitit supplicatum. Quod cum ipsi habeant privilegia a predecessoribus nostris Aragonum regibus a centum sexdecim annis citra quem sicut asserunt confirmata fuerunt per omnes qui temporibus preteritis fuerunt reges Majorice per quem etiam privilegia habitatores Sancti Mathei sunt et consueverunt esse franchi a solutione lezde in Coquilibero et aliis locis olim Regum Majorice citramarinis. Et quod de hiis usque nunc in continua possessione fuerunt salvo quod inclitus Jacobus de Majorica incoavit eos compelli facere de solvendo dictam lezdam in initio rebellionis nobis per eum fieri attemptato. Quoniam se probaturos dignaremur super predictis benigne de solita clementia providere. Igitur dicta supplicatione admissa benigne vobis dicimus et mandamus quatenus vocato procuratore regio recipiatis certifficationem plenariam de predictis et ea recepta nostre curie refferatis ut super eis providere possimus quod de jure et ratione fuerit faciendum. Nos enim vobis super hiis plenarie per presentes comittimus vices nostras. Datum Perpiniani V kalendas februarii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto. H. Cancellarius.

Franciscus Fuxi expetitione provisa per Garciam de Loriç Jacobum Duc et Johannem Eximeni Dosca auditores.

VIII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Fideli scriptori nostro Francisco Fuxi. Salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis qua tenus librum pergameneum factum seu factum fieri per vos mandato per nos oretenus vobis facto de processu seu processibus quos fecimus contra inclitum Jacobum de Majorica cum ejus originali fideliter comprobetis et comprobatum tradatis juratis civitatis Majorice vel cui voluerint loco sui qui vobis inde satisfacere teneantur. Mandamus nichilominus fideli scriptori nostro Raimundo Sicardi et vobis qui in fine ipsius libri subscriptiones vestras ut notario publici apponatis ut ei tanquam suo originali fides indubitabilis prebeatur. Nolumus etiam pro corroboratione et majori solemnitate ipsius sigillum bulle nostre plumbee atque signum decretum et auctoritatem apponi per vestrum alterum in eodem. Datum Perpiniani octavo kalendas marcii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto. A. Vicecancellarius.

IX.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice.

Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilecto suo bajulo regni Valencie generali vel ejus locumtenenti. Salutem et dilectionem. Mandamus vobis expresse quatenus incontinenti visis presentibus dctis auctoritate nostra licentiam universis et singulis hominibus civitatis et regni et aliis quibuscumque quod a dictis civitate et regno possint extrahere et extrahi facere et deferre seu deferri facere ad exercitus nostros in Rossilione frumentum farinam fructus et quecumque alia victualia prohibitione seu inhibitione generali in contrarium per nos facta nullatenus obsistente. De quaquidem licentia in civitate predicta una die cujuslibet septimane preconizationem publicam fieri faciatis. Et hoc nullatenus inmutetis. Datum Barchinone tertio idus aprilis anno Domini MCCCXL quarto. A. Vicecancellarius.

X.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Nobili et dilecto nostro Arnaldo de Erillo gubernatori generali civitatis et regni Majorice. Salutem et dilectionem. Mandamus vobis expresse quatenus Nicholaum de Sancto Justo prepositum in ecclesia Elnensi ac canonicum ecclesie Majorice recomendatum ipsaque prosequemini suo loco favoribus opportunis. Datum Barchinone pridie idus aprilis anno Domini Millesimo tre-

centesimo quadragesimo quarto. A. Vicecancellarius.

XI.

Don Pedro por la gracia de Dios Rey Daragon de Valencia de Mallorca de Cerdenya de Corcega e comte de Barçalona. Al amado cavallero et natural . . . . Salutem et dilectionem. Havemos recebido vuestra letra sobre los afferes de la exequcion que entendemos fazer et con la ayuda de Dios . . . . contra el noble don Jayme de Mallorca . . . . et sus tierras que son daquen mar et a nos rebelles et sobre otras cosas que. . . . . ese convenian a la dita materia. Et en la fin nos supplicastes que nos plaziesse que viniessedes a nuestro servicio porque erades nuestro natural vassallo et que vos enviassemos a mandar con quanta gent de cavallo deviessedes a nos venir. A las quales todas cosas por . . . . endidas vos respondemos que nos entendientes la buena voluntat el firme proposito que vuestra lealdat el natural deudo vos fazen catar lo que devedes a nos et al nuestro real senyorio vos gradecemos muyto lo que nos havedes feyto assaber. Et seet cierto que nos havemos proveido et proveyremos en tal manera de buena et muyta gent de cavallo e de pie que no nos calra temer antes podremos poco preçiar el poder el esfuerço de la otra parte. Empero del servicio que vos havedes dito de fazer vos havemos buen

talant e buen grado. Mas por la razon sobredita et porquel tiempo es muy breu no vos cale trebayllar quanto agora de venir a nos que todo à tanto vos lo graciamos. Dada en Barçalona a XXI dia del mes de abril en el anyo de nuestre Senyor de Mil CCC quarenta et quatro. — Sigillavit.

XII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Fidelibus nostris castlanis castri de Pontils. Salutem et gratiam. Quamque nos per alias litteras nostras vobis tradiderimus in mandatis ut parati equis armis et aliis apparatibus vestris veniretis pro prestando nobis servitio unius equi armati in executione quam de presenti facere intendimus contra Jacobum de Majorica in comitatu Rossilionis quod ratione dicti feudi dicti castri nobis facere tenemini et debetis. Quia tamen hac vice tantum dictum servitium ad quorundam supplicationem vobis duximus presentium serie remittendum. Idcirco significamus vobis quod ea de causa non opportet ad nos accedere de presenti. Datum Barchinone octavo kalendas madii anno Dimini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto. Sigillavit.

G. de Pulcrovicino mandato Regis facto per F. de Caneto consiliarium.

XIII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Fideli suo vicario Villefranche Penitentium vel ejus locum tenenti. Salutem et gratiam. Licet nuper vobis literatorie dederimus in mandatis quod indiceretis ex parte nostra exercitus universitatibus locorum vestri districtus que non contribuunt in proferta a nobis facta per Generale Cathalonie ut XXV die hujus mensis essent in civitate Gerunde pro sequendo nos et vexilla nostra in exequtione justicie quam facimus contra Jacobum Majorice. Attamen nostre non fuit tunc neque est nunc intentionis quod universitatibus locorum prelatorum clericorum seu ecclesiasticarum personarum militum civium vel. . . orum non consueverunt nec tenentur ad faciendum nobis exercitus deberetis indicare exercitus supradictos nisi in locis quibus nos habemus et habere consuevimus hostem et cavalcatam et que non contribuunt in proferta predicta. Quare vobis dicimus et mandamus quatinus homines locorum predictorum que non tenentur ad dictos exercitus faciendos ad eundem in ipsos exercitus minime compellatis nec contra eos vel eorum bona dicta ratione aliquatenus procedatis. Quinimo si contra eos vel aliquos eorum in aliquo processistis illud ad statum pristinum reducatis. Datum Barchinone VI kalendas madii anno Domini Millesi-

mo trecentesimo quadragesimo quarto. Sigillavit.

Jacobus Concsa mandato Regis facto per thesaurarium.

XIV.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Bernardo tituli Sancti Ciriaci in Termis presbitero cardinali apostolice Sedis nuntio. Salutem et apostolicam benedictionem. Olim considerantes attente ac infra mentis nostre precordia revolventes quam sit preciosissimum donum pacis et quod dominus noster Jhesus Christus Rex pacificus pacis actor et humane salutis amator volens suis subditis vicarie operationis misterio donum hujusmodi conservare vicario suo in militanti ecclesia gerenti apostolica servitute commisit ut in eadem gerens speculatoris officium provigilis more pastoris invigilaret et quo ad pacem sunt commisso sibi gregi promoveret et scandalis per que animarum salus periculosissime impeditur sedandis intenderet quodque sicut habebat fidedigna licet ingrata relacio facta nobis et jam evidentia facti notorie ostendebat hostis humani generis pacis emulus et dissentionum ac guerrarum non solum amator sed etiam suscitator inter carissimos in Christo filios nostros Petrum Aragonum et Jacobum Majoricarum Reges illustres quos attenta proximitate sanguinis eorundem nulla causa debebat se iungere nec non valitores fautores

auxiliatores et sequaces eorum gravis dissentionis materia a Deo duce commoverat quod hinc inde conflatis in unum viribus eorundem ad guerrarum congressus et tempestuosas turbines ac insultus se disposuerant et pararant quodque nisi hujusmodi eorum proposito ne dedeceretur et factum occurreretur celeriter strages hominium effusio sanguinis christiani depopulationes et incendia locorum ecclesiarum et honorum ecclesiasticorum destructiones rapine spolia facultatum Ipsus subditorum exilia et alie oppréssiones imminere ac quod deflendum potius esset animarum pericula et infinita enormia scelera multaque scandala ex ipsa periculosa discordia formidabantur proculdubio provenire. Ac propterea nos quamvis inmeriti in terris a domino vicarii constituti cupientes ut hujusmodi perniciosa discordia ipsorum regum tanta sanguinis propinquitate et affinitate junctorum auctore domino sopiretur bone memorie Andream tituli Sancte Susanne presbiterum cardinalem tractatorem et reformatorem pacis inter Reges eosdem ad regna et terras eorum de fratrum nostrorum consilio duximus destinandum qui hujusmodi negotia prosequendo eis imperfectis extitit sicut domino placuit vita functus et quia sicut displicenter referimus dictorum regum animum nos sperabamus promptos ad pacem et concordiam invenire a Deo procurante satore discordie durius sunt conmoti quod eorum molimina congregantes ad hostiles congressus tam maritimos quam terrestres ac periculosos insultos etiam processerunt et ad graviora mala dampna et pericula altrinsecus inferenda videntur continue

se parare que formidantur majora discrimina productura. Nos more pastoris vigilis nolentes sicut etiam non debemus nec expedit ab inceptis desistere presertim propter predicta animarum pericula exinde proventura que potius sunt deflenda nec cessare quin cura ista officii nostri debitum exequamur ac sperantes in illo qui post nubilum dat serenum quod ipsorum regum corda post hujusmodi tempestuosum insultum jam in actum utrinque deductum debeat demulcere ac reducere ad fraterne federa unitatis post cogitatus multiplices ac vias exquisitas et modos per quos posset hujusmodi nostrum desiderium adimpleri ad te virum laudande virtutis scientia et innata prudentia preditum cultorem justitia sedulum pacis et utriusque partis amicum et concordie zelatorem licet tua presentia nobis et ecclesie universali pro utili careamus inniti nostre convertimus deliberationis intuitum ac pro tuarum consideratione virtutum tibi a domino in habundantia concessarum ad predicta Aragonum et Majoricarum regna ipsorumque ac valitorum auxiliatorum et sequantium ac adherentium predictarum partes et terras tanquam pacis angelum de fratrum nostrorum consilio pro hujusmodi tractanda et reformanda inter easdem reges concedente domino pace atque concordia preoptatis providimus destinandum ut autem tam salubre tamque inherens cordi nostro negotium auctore domino per solicitudinis tue misterium prosperetur et ut melius circa reformationem pacis hujusmodi inter ipsos reges eo liberius et efficatius intendere valeas quo te hujusmodi negotium prosequente fuerit per

eosdem reges et gentes ipsorum a qualibet hostili congressione cessatum ubi forsan dicti reges vel alter eorum requisitionibus et monitionibus tuis immo verius apostolicis super cessationem conmotionis seu congrestionis hostilis nollent acquiescere vel per se ipsos seu intermedios eorum nuntios invicem treugas mire usque ad certum tempus prout iminentis negotii per te prosequendi et tractandi qualitas et necessitas exiget duraturas tibi indicendi treugas ad certum tempus tuo arbitrio moderandum inter Reges eosdem eorumque subditos ac fideles alios adherentes et valitores eorum et indictas eisdem regibus et aliis de quibus expediens fuerit per te vel alium seu alios notificandi et ubicumque utiliter tibi visum fuerit solemniter publicandi et in infringentes ac quolibet non servantes easdem excomunionis et in eorum terras interdicti sententias promulgandi et alia faciendi que circa id fuerint oportuna. Non obstantibus si eis vel eorum aliquibus vel alicui sub quacumque forma vel concessione verbornm a Sede apostolica sit indulus quod excomunicari vel earum terre ecclesiastico interdicto supponi non possint per literas apostolicas non facta plene et expresse ac de verbo ad verbum de indultu hujusmodi mentione et que alia dicte Sedis videlicet gratie vel spe cujus tenor existat per quam presens non expresse vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat vel quolibet retardari et nichilominus et singulas promissiones obligationes et confederationes ac colligationes super hujusmodi mitenda discordia inter quoscumque et a quibuscumque quolibet initas velut con-

tra bonum pacis presumptas illicite et attemptatas in divine magestatis offensam et quascumque penas adjectas et juramenta prestita super illis sub quibuscumque modo forma vel expressione verborum presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat que et nos ex nunc auctoritate apostolica nulla fore decernimus et quatenus de facto processerunt irritamus irrita nunciandi plenam tenore presentium concedimus facultatem. Datum Avinione V idus junii pontificatus nostri anno secundo.

Serenissimo principi domino Regi Aragonum.

XV.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Serdenya et de Corsega e Comte de Barchinona. Al amat conseller e tresorer nostre micer Bn. Dolzinelles. Salutem et dilectionem. Manam vos que encontinent liurets al noble e amat conseller e majordom nostre En Galceran de Bellpuig duo milia solidos Barchinone convertidors per ell en les messions que faran los gins nostres que combatra Cobliure e cobrat ne la present ab apocha. Dada en lo setge de Cobliure sots nostre sagell secret a XV dies de juny en lany MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius.

XVI.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilecto suo bajulo Barchinone vel ejus locum tenenti. Salutem et dilectionem. Cum nos ordinaverimus et velimus quod de civitate Barchinone et aliis locis bajulie dicte civitatis subjectis victualia et quecumque alia prohibita ad civitatem Majorice ad locum de Cauquoliberi nec non et ad alia quecumque loca que nos ad manus nostras teneamus in partibus Rossilionis et imposterum domino concedente tenebimus possint per cives et habitatores Barchinone ac per alios subditos nostros portari et discarricari sub modo et forma quibus ad alia loca nostra portantur et discarricantur. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus permitatis extrahi de dicta civitate Barchinone et de aliis locis dicte bajulie subjectis et portari ad dictam civitatem Majorice ad locum de Cauquolibero et ad alia quecumque loca que nos ad manus nostras teneamus in partibus Rossilionis et imposterum domino concedente tenebimus per cives et habitatores Barchinone ac per alios subditos nostros predicta victualia et alia quecumque prohibita inhibitione generali quacumque super hoc per nos facta in aliquo non obstante cavendo expresse quod in extractione rerum predictarum teneatis et servetis penitus jam dictos modum et formam consuetos teneri

et servari in extractione ipsarum rerum deportandarum ad alia loca nostra. Datum Barchinone tertio nonas julii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. Sigillavit.

Bernardus de Torrente mandato Regis facto per consilium.

XVII.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Quia vos judei castri et ville Cauquiliberi et de Argeles temporibus retroactis consuevistis cadavera judeorum et judearum dictorum castri et ville sepelleri in quodam fosare ville Perpiniani in quo de presenti propter exequtionem justicie quam facimus contra inclitum Jacobum de Majoricis dicta cadavera sepellire minime potestis propter quod indigetis aliquo convenienti loco ubi predicta valeatis cadavera sepellire. Idcirco ad vestri humilem supplicationem propterea nobis factam tenore presentis concedimus vobis judeis castri et ville predictorum ac etiam licentiam impartimur quod in castro jam dicto Cauquiliberi possitis emere aliquod patuum terre vobis congruum et opportunum absque juris prejuditio alieni pro fossare vestro in quo cadavera judeorum castri et ville predictorum sepellire valeatis. Mandantes capitaneis supradictorum castri et ville ceterisque officialibus nec non hominibus et

subditis nostris quatenus in veniendo ad dictum fonsare stando et redeundo pro dictis cadaveris judeorum inibi sepelliendis et alias vos judeos et judeas vel aliquem seu aliquos ex vobis non permittant injuriari molestari perturbari sea alias quomodolibet agravari. Quinimo uti in dicto fonsare absque contradictione et dampno vestro quitie et libere vos permittant. In cujus rei testimonium presentem vobis fieri jussimus nostro sigillo secreto munitam. Datum in obsidione civitatis Eunensis VII idus julii anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. A. Vicecancellarius.

XVIII.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Serdenya e de Corsega e comte de Barchinona. Als feels seus los batles dels locs de Argilers ça Rocha Ortafa e Bi ull salut e gracia. Com nos trametam a vos lo feel porter nostre En Sancho Granyen per haver dels homens dels dits lochs atzembles. Per ço dehim a vos e manam que encontinent destrengats los dits homens de liurar al dit porter totes aquelles que aqui trobar se puxen. E aço no mudets en nenguna manera. Dada en lo setge de Elna sots nostre segell secret a X dies de juliol en lany de MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius.

Franciscuus Fuxi ex provisione facta in consilium.

XIX.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya et de Corsega et Comte de Barchinona. Als feels nostres les batles dels locs de Canet Torrelles Senta Maria de la mar sent Ipolit Vilalonga Cabestany Vilanova Cornella e Polestres. Salut e gracia. Com nos trametam a vos lo feel porter nostre Sanxo Granyen per haver dels homens dels dits lochs atzembles. Per ço dehim a vos e manam que encontinent destrengats los dits homens de liurar al dit porter totes aquelles azembles que aqui trobar se puxen. E aço no mudets en nenguna manera. Dada en lo setge de Elna sots nostre segell secret a X dies de juliol en lany de MCCCXLIII. A. Viceeancellarius.
Franciscus Fuxi ex provisione facta in consilio.

XX.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Universis et singulis capitaneis militibus clientibus almugaveriis et aliis qaibuscumque personis subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis sub pena nostre

gratie et mercedis quatenus incontinenti visis presentibus restituatis et deliberetis omnes et singulos captos tam homines quam mulieres civitatis Elne nisi jam de beneplacito et voluntate ipsorum et non per aliquam violentiam pro redemptione se taxaverint ad. . . . . . . aliquid exsolvendum. . . . . eo casu quo propter aliquam violentiam terrores aut minas se taxaverint ad aliquid exsolvendum volumus et mandamus eos pariter relaxari. Datum in civitate Elne sub nostro sigillo secreto. Idus julii anno Domini Millesimo CCCXL quarto. A. Vicecancellarius.

XXI.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilecto nostro capitaneo Caneti vel ejus locum tenenti. Salutem et dilectionem. In petitione nobis exhibita per Raymundum Blanquerii presbiterum benefitiatum in ecclesia Elnensi vel procuratorem suum vidimus contineri quod vos emparastis seu emparari fecistis quendam campum suum situm in termino loci Sancte Marie maris et frumentum quod ex eo habuit ibidem existens in garba verum cum asseratur dictum Raymundum non esse de guerra nec procedi debeat contra ipsum nec bona sua ratione exequtionis . . . . quam facimus contra inclitum Jacobum de Majoricis nostrum vassallum nobis rebellem immo dictus

Raymundus se dicat de devotis nostris. Ideo suplicante nobis Raymundo jamdicto sibi super hiis de justicia provideri vobis dicimus et mandamus quatenus costito vobis dictum campum fore Raymundi presbiteri antefati cum frumento predicto et ipsum Raymundum esse de devotis nostris et aliud non fuerit quod obsistat sibi tradatis ac tradi seu deliberari faciatis dictum campum cum dicto framento ibidem existente quacumque empara inde facta minime obsistente. Datum in civitate Elnensi idus julii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto sub nostro sigillo secreto. A. Vicecancellarius.

XXII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilectis et fidelibus universis et singulis vicariis bajulis ceterisque officialibus nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et dilectionem. Cum ab universis et singulis feudatariis nostris comitatuum Rossilionis et Ceritanie ac terrarum eis adjacentium recipere homagium et fidelitatis juramentum providerimus et velimus. Idcirco vobis expresse dicimus et mandamus quatenus in locis solitis faciatis publice proclamari quod omnes et singuli feudatarii supradicti octava die a presentatione presentium in antea numeranda compareant personaliter coram nobis prestituri ipsa fidelitatis juramentum

ne esser alienats en tot ne en part ne en fills ne en descendens ne en collaterals sino en lo fill que sera hereu universal dels dits regnes Darago de Valencia de Mallorca et del comtat de Barchinona. La qual unio se renovellara es jurara per tots los prelats richs homens cavallers generosos et universitats dels dits comtats de Rossello e Cerdanya. Et nos la confirmarem et la jurarem altra vegada en presencia de tuyt. Dada en lo castell de Perpenya sots nostre segell secret a XVIII dies de juliol en lany de MCCCXLIIII.

Similes.

Als castells et universitat de Vilafrancha de Conflent.
Als castells et universitat de Tuir.
Als castells et universitat de la Vall de Prats.
Del Volo.
De Treserra.
De Lauro.
De Cortsavi.
De Labastida.
De Munt baulo.
De Castellnou.
De Bellpuyg.
De Tuli. . . . .
De Sant Esteve.
De Taltauyl.
De Salvaterra.

De Saorra.
De Fulla.
De Arelen.
De Formiga.
De Puig Baledos.
De Conat.
De ...nisa.
De . . . . .
De . . . . . pida...
De Luna.
De Augostrina.
De Querol.
De Bellveer.
De Vall Gabolona.
De Bar.
De Musser.
De . . . . .
De Arenos.
De Salteguol.
De Ribes.
De C...mpllos.
De Planoles.
De Queralps.
De Fustenya.
De Pardines.
De Alo.
De la Rocha de Ullench.
De Salagosa.
De Sogol.
De Moranges.

De Niula.
De Prats.
De Bolvir.

XXIV.

Petrus etc. Venerabili in Christo Petro Elnensi episcopo. Salutem etc. Cum nos in villa nostra Perpiniani ad utilitatem reipublice nostre parlamentum providerimus celebrandum. Idcirca vobis expresse dicimus et mandamus quatenus prima die mensis augusti proxime instantis in eadem villa sitis infallibiliter coram nobis. Datum in Castro nostro Perpiniani sub ete. XV kalendas augusti anno XLIIII.

XXV.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorcha de Sardenya et de Corsega e comte de Barchinona et de Rossello. Als feels nostres los consols universitat et prohomens de Alt de ...restot et de Salteguel. Salut et gracia. Be creem que sabets con nos per moltes et legittimes rahons havem feits processos justs contra lalt En Jaeme de Mallorcha lo qual entro are ha rebellat a la nostra senyoria per los quals processos es transportada en nos la senyoria util que

lo dit alt En Jaeme de Mallorques havia en los comdats de Rossello et de Cerdanya et terras a aquells adjahens. E con nos per fer exequcio de justicia dels dits processos ffossem venguts ab les nostres hosts en Rossello assetiam et presem Argilers et Cocluire e los castells de ça Rocha et de Muntesquiu et molts et diverses castells lochs et viles de Rossello e encara le ciutat de Euna los habitadors dels quals han feit a nos axi com a Senyor lur natural et comte de Rossello sagrament de feeltat et homenatge de boca et de mans e mentre erem a la dita ciutat lo dit alt En Jaeme de Mallorcha regonexen la veritat de la nostra justicia es se mes en nostre poder soltament ab tots los castells viles et lochs dels dits comtats et terres qui encara no eren preses ne a nostra ma de feyt e ans demanada merce et perdo. Et nos per misericordia et pietat haventli salvada vida et membres et tota preso con hajam entegrament la terra. Es ver quel dit alt En Jaeme encontinent nos liura lo castell e vila de Perpinya huy qui es dimarts a XX dies del mes de juliol han nos feyt sagrament de feeltat et homenatge axi con a Senyor lur natural et continuament reebem et reebrem homenatge et sagrament de feeltat de les universitats de Salses Dapia de Cleyra et de Tohir et dels altres lochs de Rossello qui venen a nos continuament per la dita raho per que us manam espressament que encontinent vista la present façats sindichs et missatgers qui vinguen a nos et hagen plen poder de fer a nos en nom de les dites universitats Alt de Arestot et de Salteguel sagrament de feeltat homenatge axi con

a Senyor natural e a obtenir de nos confirmacio de vostres privilegis et libertats et proveer la uuio perpetual la qual havem feyta ab lo consell dels nostres regnes dels dits comdats de Rossello et de Cerdanya et ab los regnes de Arago de Valencia de Mallorcha et ab lo comdat de Barchinona dels quals per neguna raho ne per neguna manera no poden esser james partits ne restituis a aquell de qui foren ne a sos fills ne encara poden esser alienats en tot o en partida eñ fills nostres o descendents ne en collaterals sino en lo fill nostre o altre qui sera hereu universal dels dits regnes et comdat de Barchinona et de Rossello la qual unio sera renovellada et jurada per tots los prelats richs homens cavallers generoses e universitats dels dits comdats de Rossello et de Cerdanya et nos la confermarem et la jurarem altra vegada en presencia de tuit. Dada en lo nostre Castell de Perpinya sots nostre segell secret a XX dies de juliol lany de nostre Senyor MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius.

Similes.

Als consols universitats prohomens de Bellver de Vallcebolera de Bat de Musser de Isogol de Maranges de Nuila de Prats de Bolvir de Alo de la Rocha de Villech y de Salagosa.

XXVI.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majoricarum Sardinie et Corsice comesque Barchinone. Dilecto consiliario thesaurario nostro Bernardo de Oltzinellis legum doctori. Salutem et dilectionem. Cum in onerandis et exonerandis maxinis sive trabuchs et aliis generibus fustum qui asportati fuerunt per mare ad partes Rossillionis ratione executionis quam faciebamus contra inclitum Jacobum de Majoriciis et postea reducti ad civitatem Barchinone alique missiones facte fuerint. Propterea vobis dicimus et mandamus quatenus dictas missiones exsolvatis recuperando a personis quibus dictas missiones exsolveritis apocham de soluto insimul cum presenti. Nos enim mandamus magistro rationali curie nostre quod quicquid pretextu dictarum missionum exsolveritis in vestro recipiat compoto et admitat vobis sibi tradente presente cum apocha de soluto. Datum Barchinone IX kalendas augusti anno Domini MCCCXL quarto. Sigillavit.

XXVII.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valen-

cia de Mallorcha de Sardenya e de Corsega e Comte de Barchinona e de Rossello. A tots e sengles officials e sotsmeses nostres als quals la present pervendra. Salut et gracia. Com lo noble En Johan de So veçcomte Devol de voluntat e licencia nostra vulla venir al alt En Jacme de Mallorca al loch de Tuir. Per ço a vos e cascun de vosaltres manam espressament que al dit noble e a sos companys cavalcadures e arneses no donets embarch ne façats o fer lexets per alcu injuria greuge violencia ne offensa mentre vindra al dit loch de Tuir. Dada en Perpinya sots nostre segell secret a XXVII dies de juliol en lany MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius.

XXVIII.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone et Rossilionis. Tenore presentis ordinamus facimus et constituimus procuratorem nostrum certum et specialem vos fidelem de domo nostra Berengarium de Vilarasa ad recipiendum pro nobis et nomine nostro ab universis et singulis hominibus locorum existentium in terris Confluentis homagium et fidelitatis juramentum. Dantes et concedentes vobis dicto Berengario plenariam potestatem predicta que supra nomine faciendi. Et de homagiis quem recipietis et fidelitatis juramentis faciendi fieri publicum seu publica instrumenta.

Promittentes nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros quicquid per vos super eis actum fuerit et nullo tempore revocare. In cujus rei testimonium presentem fieri et sigillo nostro secreto jussimus comuneri. Datum Perpiniani VIII kalendas augusti anno Domini MCCCXLIIII. A Vicecancellarius.

XXIX.

Jacobus Dei gratia Rex Majoricarum comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispesulani. Fidelibus nostris... consulibus... universitati et... probis hominibus ville nostre Villefranche Confluentis. Salutem et gratiam. Mandamus vobis ut illustrem dominum Petrum Regem Aragonum nostrum consanguineum carissimum tanquam fratrem vel gentes suas cum quibus voluerit ad dictam villam de Villafrancha intrare permitatis. Datum Thoyirii vicesima septima die julii anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto.

Per dominum Regem ad relationem Johannis de Sono

Petrus Radulfi.

XXX.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone et Ros-

silionis. Universis et singulis officialibus et subditis nostris ubilibet constitutis ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Cum nos nobili Pagano de Majorica rebellionem quam hactenus contra nos comisit et excessus alios quos circa illam hactenus perpetravit generose duxerimus remittendo. Idcirco vobis et singulis vestrum mandamus expresse quatenus eidem Pagano super suis rebus et arnesiis transferendis et portandis apud Majoricam vel ad alia loca prout sibi placuerit nullum impedimentum vel obstaculum inferatis vel permittatis quomodolibet fieri vel inferri. Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto kalendas augusti anno Domini MCCC quadragesimo quarto. A. Vicecancellarius.

XXXI.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya e de Corcega e comte de Rossello e de Barchinona. Al amat conseller e majordom nostre En Ferrer de Canet. Salutem et dilectionem. Sapiats que nos quen començam dentrar en Rossello per rao de la execuçio que havem feyta contra lalt En Jacme de Mallorca deputam I cavall blanch nostre per portar la nostra senyora la qual haviem comenada al noble En Felip de Castre lo qual cavall ja abans que partissem de Barchinona haviem dat per aguaran al comte de Terranova. E per tal con seria

vergonya quel dit cavall cobrassem del dit Felip qui aquell ha cavalcat portant la dita senyera per ço deim e manam a vos queus certifiquets ab lo dit Comte si vol lo dit cavall e si ho fa dats lo li et avenits vos ab lo dit En Felip del preu daquell lo qual preu ab la present manam espressament esser pagat encontinent per lo tresorer nostre al dit En Felip o a qui ell volra en loc seu e quen recobre dell la present ab apocha de paga. Dada en Perpenya sots lo nostre segell secret a V dies dagost en lany de nostre Senyor MCCC XLIIII. A. Vicecancellarius.

XXXII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone et Rossilionis. Nobili et dilectis Arnaldo de Erillo gubernatori generali Regni nostri Majorice ac vicario civitatis Majorice. Salutem et dilectionem. Quia Franciscus Baceda civis et mercator Majorice nobis servivit et aliquibus nostris domesticis et alias nostri faveris gratiam promeretur. Volumus vosque rogamus ut ipsum Franciscum recomendatum spetialiter habeatis et ei assistatis in jure suo protectionibus opportunis. Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto VII idus augusti anno Domini MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius.

XXXIII.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Bernardo tituli Sancti Ciriaci in Termis presbitero cardinali apostolice Sedis nuntio. Salutem et apostolicam benedictionem. Prudentie tue litteras solita benignitate recepimus nobis missas quarum serie ac hiis que per te circa negotium reformationis pacis inter carissimos in Christo filios nostros Petrum Aragonum et Jacobum Majoricarum Reges illustres dissidentes invicem per nos tibi comissum gesta sunt hactenus diligenti intellectis tuam circunspectam solicitudinem quam non sine multis et variis laboribus anxiis adhibere curasti prudenter et fideliter multipliciter in Domino comendamus indubie supponentes quod sic se gessit vigilanter in hac parte tua studiosa sedulitas quod per te non stetit nec stat quominus negotium hujusmodi felicem et votivum exitum fortiatur. Ad hec autem quod in tuis predictis litteris quasi desperando de negocii expeditione hujusmodi adjecisti supplicando ut tibi concederemus redeundi ad nos et Sedem Apostolicam licentiam respondemus quod cum speremus quod ille in cujus manu legum corda consistunt et ea potest in momento etiam volucre juxta sue beneplacitum voluntatis viam aliquam aperiet acomodam per quam te laborante Reges predicti ad pacis et unitatis concordiam reducentur deserere negotium hujus-

modi expediens non videtur. Ideoque deliberatione matura super hiis habita te adhuc volumus in illis partibus remanere instando si quando et prout expedire cognoveris erga reges ipsos super predictis oportune ac etiam importune talia quidem possent circa negotium ipsum contingere quod si redisses ad curiam te oporteret propterea iterum illuc ire. Non accediens igitur nec tepescat sed potius ferveat tua diligentia in hac parte quia si labores tuos non subsequerentur effectus labores tam ipsi mercede apud Deum et commendatione apud nos et sedem apostolicam minime frustrarentur. Datum apud Villamnovam Avinionis diocesis V idus augusti Pontificatus nostri anno secundo.

XXXIV.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Fidelibus procuratoribus reddituum et jurium nostrorum comitatuum Rossilionis et Ceritanie presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Sicut in quadam carta incliti Jacobi nunc Majorice Regis sigillo pendenti munita data Perpiniani sexto kalendas madii anno Domini MCCCXXX sexto vidimus contineri dictus inclitus Jacobus concessit et assignavit Guillermo Gaviosii pro quitatione quindecim libras et pro vestitu annuis duas libras Barchinone habendas et percipiendas per eum annis singulis quamdiu age-

ret in humanis in et super redditibus et juribus comitatuum predictorum. Cumque nos de spetiali gratia concesserimus ipsi Guillermo Gaviosii ut eidem donec super hiis deliberavimus plenius dicta quantitas persolvatur. Ideirco vobis expresse mandamus quatenus ipsi Guillermo vel cui loco sui voluerit de peccunia reddituum et jurium predictorum solvatis annis singulis per assuetos terminos a die videlicet inantea quo dictus inclitus Jacobus pretextu executionis justicie quam faciebamus in eum in potestate nostra se posuit absolute prefatas decem et septem libras Barchinone donec videlicet plenius super istis deliberaverimus ut prefertur recuperando apocham in solutione qualibet in qua presentis series inseratur. Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto. Idus augusti anno Domini MCCCXL quarto. A. Vicecancellarius. Rex Petrus.

XXXV.

Lo Rey Darago.

Fets nos trametre al pus breu que puxats mentre som en Perpinya I escabell per tal quen puxam fer fer açi de semblants en que los nostres consellers seguen. Dada en Perpinya sots nostre segell secret a XIII dies del mes dagost del any de nostre Senyor MCCCXLIIII. A Vicecancellarius.

XXXVI.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Valencia de Mallorca de Sardenya e de Corsega e comte de Barchinona de Rossello e de Cerdanya. Al amat nostre En Ramon de Barbera capita e batlle de Cobliure. Salut e dileccio. Com . . . . Jacme de Mallorca cosi nostre de voluntat nostra vulla trametre a Montpeler per mar alcunes robes e arneses seus. Per ço us dehim eus manam espressament que vos liurets al dit En Jacme. . . . . altre en loch seu una galea daquelles nostres que son aqui don sevulla que sia ab veles e exarcies e altres apparellaments la qual li havem prestada e amarinatla de homens de Cobluire per portar les dites coses a Muntpeler. Pero rebut sagrament e homenatge dels dits homens e de quals sevol altres qui muntaran la dita galea que no faran mal ni dan a sotsmeses nostres o quals sevol altres qui sien ab nos en pau o en treva e que feyt lo dit viatge tornaran al dit loch e liuraran la galea al nostre daraçaner. Dada en Perpenya sots nostre segell secret a XV dies dagost en lany de MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius.

XXXVII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Dilecto nostro Guillermo de Podio. Salutem et dilectionem. Ad nostram recurrens presentiam Dalmacius Çesfonts domicellus exposuit. . . . . . .estioni humili coram nobis quod post homagium et fidelitatis juramentum per eum nobis prestitum vos cepistis seu capi fecistis eidem unam mulam et unum bovem suos dum quidam ejus nuntius suas possessiones excolebat intra terminos Alayanni pretendendo ea habere de bona guerra. Et quia nos concessimus omnia bona restitui illis qui nobis sacramentum fidelitatis et homagium prestiterunt. Ideo si exposita per dictum Dalmacium veritate nitantur si aliud non obsistat dictam mulam et bovem ipsi Dalmacio vel cui voluerit loco sui restituatis confestim et hoc aliquatenus non mittetis alias mandamus gubernatori nostro Rossilionis et Ceritanie quod ad hec rigide vos compellat. Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto nonas kalendas septembris anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo cuarto. A. Vicecancellarius.

XXXVI I.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Dilecto suo vicario Ceritanie et Baritanni ac bajulo Podiiceritani vel ejus locum tenenti. Salutem et dilectionem. Cum nos omnia crimina vel excessus comissa per quoscumque habitatores Podiiceritani et Ceritanie usque in diem que inclitus Jacobus de Majoricis in nostra se posuit potestate duxerimus remitenda. Idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus contra Guillermum Jofa et Guillermonum ejus filium ac Petrum de Capdevila gernum suum inculpatos de morte dudum perpetrata in personam Periconi Torrent de dicta villa vel eorum bona occasione dicte mortis nullatenus procedatis. Datum in Villafrancha Confluentis sub nostro sigillo secreto VI kalendas septembris anno Domini MCCC quadragesimo quarto. A. Vicecancellarius.

Raimundus Sicardi pro executione capitulorum nuper concessorum nuntiis Podiiceritani.

XXXIX.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice

Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Nobili et dilectis ac fidelibus suis gubernatori generali ac vicariis bajulis ceterisque officialibus nostris comitatuum Rossilionis et Ceritanie. Salutem et dilectionem. Cum nonnulli homines nobilium militum et personarum ecclesiasticarum inter dictos comitatus degentes super homagiis et sacramentis fidelitatis quem nostris procuratoribus prestiterunt in posse quorundam notariorum temere fuerint protestati in lesionem et evidens perjuditium juris nostri propterea vobis et singulis vestrum expresse dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus homines supratactos omnes et singulos ad revocandum cassandum et anullandum et penitus irritandum protestationes easdem nobis perjuditiales et temerarias ut est dictum nec non omnes et singulos notarios antefactos in posse quorum protestationes ipse confecte fuerunt ad laniandum comburendum adnichilandum et penitus abolendum scripturas protestationum ipsarum taliter quod de ipsis numquam valeat apparere in personis et bonis rigide compellatis. Datum in Villafrancha Confluentis sub nostro sigillo secreto pridie kalendas septembris anno Domini Millesimo CCC quadragesimo quarto. A. Vicecancellarius.

XL.

En Pere per la gracia de Deu Rey Darago de Va-

lencia de Malorches de Serdenya et de Corcega et comte de Barchinona Rossello et de Cerdanya. Al amat nostre En Riambau de Corbera. Salut et dileccio. Com nos hajam elegit vos entrels altres cavallers per romanir et estar en Perpenya ab lo noble et amat nostre en G. de Bellera governador de Rossello et de Cerdanya et ab los altres cavallers que açi havem ordonats de romanir. Per ço affectuosament vos pregam que vista la present vos sise domens a cavall vingats a Perpenya per romanir aqui ab lo dit governador et ab los altres cavallers qui romanir hi deuen car nos havem ja manat als procuradors reyals de les rendes nostres de Rossello et de Cerdanya que satisfacen a vos et als dits cavallers en lur sou ço es VI solidos per cascun dia lo qual sou vos paguen dun mes adenantat et puys al començament de cascun mes aytant com açi romandrets. E en aço vos pregam que no haja falla. Dada en Perpenya sots nostre segell secret a XX dies del mes de setembre en lany de nostre senyor MCCCXL quatre. A Vicecancellarius.

Igual carta fué dirigida á G. de Villalba.

XLI.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis

et Ceritanie. Fidelibus suis procuratoribus reddituum et jurium nostrorum Rossilionis et Ceritanie. Salutem et gratiam. Nostram adiens presentiam Petrus de Podio nobis humilter supplicavit quod cum ipse ut domesticus illustris Sancii bone memorie Regis Majorice pro quitatione vestitu et aliis juribus ex ordinatione ultime voluntatis dicti Regis quandam quantitatem et ut emptor domus illustris Constantie olim Regine Majorice carissime sororis nostre ex ordinatione facta per inclitum Philippum de Majorica quondam patruum et tutorem incliti Jacobi olim Regis Majorice dicti Regis successoris quendam aliam quantitatem que ratione officii sibi comissi dicte quantitati superadjunta fuit ad violarium recipere consueverit prout in registris dicti Regis Sancii ac dicte Constancie olim Regine asserit latius contineri de dictis redditibus dictas quantitates sibi solvi facere dignaremur. Igitur dicta supplicatione benigne admissa vobis dicimus et mandamus quatenus quantitatem quam dictus Petrus de Podio ut domesticus dicti Regis Sancii consuevit recipere dum vitam in humanis duxerit et quantitatem que dicte quantitati ratione dicti officii superaddita extitit dum de nostro beneplacito processerit prout tamen in dictis registris eas contineri videbitis annis singulis de dictis redditibus exsolvatis. Recuperando ab eo in qualibet solutione apocham in qua presentis series inseratur. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus presentem sigillo nostro solito jussimus sigillari. Datum Barchinone nonas octobris anno Domini MCCCXLIIII. A. Vicecancellarius. Rex Petrus.

Matheus Adriani ex petitione provisa missa sigillata sigillo auditris continentem formam provisionis per dominum Regem.

XLII.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Vobis hominibus exercitus Bisulduni qui citra portus venistis nunc noviter ad defensionem terre nostre quod absque metu alicujus pene possitis ad propria ex nunc quando volueritis remeare vobis cum presenti licentiam impartimur. Datum in loco de Volone sub nostro sigillo secreto pridie kalendas decembris anno Domini Millesimo CCCXL quarto.

Mandato domini Regis facta. . . . de Prohone.

XLIII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Majorice Sardinie et Corsiçe comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Nobili viro senescallo Carcassone vel ejus locum tenenti. Salutem et dilectionem. Sicut despliceuter accepimus nos noviter ad captionem et occupationem personarum et bonorum quorundam nostrorum fidelium subditorum vile Perpiniani et aliorum locorum

comitatuum Rossilionis et Ceritanie processistis occasione quorundam obligationum dudum sicut pretenditur per quasdam universitates ipsorum comitatuum sub magnis penis pecuniariis et aliis factarum cum publicis instrumentis camere domini Pape ac sigillo illustris Regis Francie consanguinei nostri carissimi quod nobis contra inclitum Jacobum de Majorica nullatenus obedirent. Sane cum obligationes ipse viribus careant eisque dicte universitates et singulares ipsarum sint liberati et penitus absoluti rationibus inter pluras alias que sequntur. Tum quia dicte universitates obligationes ipsas fecerunt coacte ac per terrorem et timorem ingentem qui cadere poterat in constantem cum singulares earum renuentes ipsas obligationes facere dictus inclitus Jacobus qui eis tunc dominabatur de facto carceribus macerari preciperet et eis atroces minas et interitus irrogaret. Tum quia diu ante obligationes ipsas ex lese majestatis crimine per dictum inclitum Jacobum jam comisso juste privatus erat omnibus bonis suis ex crimine predicto et aliis multis ipso jure nostro dominio jam quitis propter quem eidem erat omnis aministratio interdicta sic quod non valuit nec valet obligatio supradicta. Tum etiam quia idem Jacobus in potestate nostra se posuit et ipsos comitatus cum omnibus et singulis castris villis fortaliciis et terris eorum et se nobis tradidit absolute vigore executionis justicie ac processuum quos fecimus in eundem et per hoc executionem et processus nostros approbavit prefate universitates et singulares ipsarum ab ipsis obligationibus ubi valuissent rema-

nent liberate. Tum inquam quia dictus Jacobus tam per verbales quam litteratorias jussiones expresse mandavit singulis universitatibus castellanis et offitialibus suis comitatum predictorum que nobis obedire curarent et castra villas ac fortalicia nobis traderent supradicta ex quibus sequitur obligationum sublacio predictarum prout de premissis constat per publica instrumenta. Idcirco prudentiam vestram attente requirimus et afectuose rogamus quatenus eosdem nostros subditos cum bonis suis ut pretangitur occupatos deliberetis aut faciatis deliberari confestim taliter quod ipsa et alii nostri subditi et fideles intra vestri districtum regiminis sub tranquillitatis et securitatis quietudine sua comercia valeant exercere prout in terris nostris subditi Regis ipsius cui vinculo sanguinis et amicicie precordialis annectimur cum favorabilis prosecutionis compendiis admittuntur. Alioquin si forsan quod non credimus requisitionibus et precibus nostris hujusmodi que justicia fulcuntur neglexeritis vel omiseritis adherere ad alia remedia per que subditi nostri preserventur ab injuriis et impressionibus . . . . .curaremus. Datum Perpiniani X kalendas januarii anno Domini MCCCXL quarto. A. Vicecancellarius.

Cartas Reales — Coleccion curiosa.

I.



Rey de Malorques.

Sofriu nostre Seyor so que sofre et crexen la tracio de nostres sotzmeses et esgardan qne em seriz que la voluntat del Rey Darago en ves nos ses en mils mudada et confisan de la persona de don Pedro de Exerica qui asso a tractat et´concideran so que al cardenal avi: m atorgat et avem esperanssa que nostra fortuna se mudar et nostre Seyor nostra dretura regardara. Nos meteñ dema en poder del Rey Darago conplidament et ferma asseguratz de mort et de perdement de membres et de tota preso et encara de tota onta et meten los comtatz et terres dessa en poder seu no renuncian a nostre dret ni remeten crims ni penes de neguns ni absolven neguns de fealtat quens sien tengutz et speran que per tal manera sera que cobrarem està terra et Serdeya per Malorca estes coses per les raons que avem dites avem affer pregan vos carament que de present a nos vingatz car nostra compayia volen axi con daquel qui fermament et leyal tota hora a estat et del qual ajtant cant podem nos fiam et avem provesit a vostra segurtat tota vegada es bo que dene-

mics vostres vos gardetz alvenir con del Rey noy cala ni dels altres si no de desastre. Manan vos pero eus requirim per la fè et subjugacio que a nos et a nostre fil sotz tengut que provesiatz que vostres forsses en ma del Rey Darago ni dels nostres contraris no pugen venir cant seretz ab nos parlarem ab vos largament veniez tost. Deus si beneset qui o sofre et traydors malaetz qui o fan con gran mester y aja. Portats tota la moneda que poretz car en aytal temps conex om los amics sertificanvos quel seyor de Valbones a ffeytes enparar totes les rendes de Monpelles et la moneda Daviyo encara no es venguda. Escrita de nostra ma XIII de juliol lany MCCCXLIIII.

A nostre feel et molt amat lo vescomte Devol nostre conceler.

II.

Al molt alt et molt poderos senyor nostre lo senyor En Jacme per la gracia de Deu Rey Darago. En G. de Galiners veguer de Gerona et de Besuldo si matex ab besamens de peus et de mans. Sapia la vostra reyal magestat que dimartz matin ffuy prop lo loch de la Formigera ha II leuges luny et trobe En Costa porter del Rey de Majorcha qui dix quel Rey de Majorcha era mort et quel aportaven ja a Vilafrancha et jo esperel aqui et vinguimen ab lo cors entro a Perpenya et estigui aqui entro lo cors fo soterat que espera-

va que lo testament se lisques et tant tots senyor que jo sapi que el fo mort jo fiu assaber a vos senyor la sua mort per I correu. E axi senyor fas vos saber quel testament encara no ses lest mas empero lo Rey de Majorches ha fet hereu En Jacme fill den Ferrando e si el mor menys dinfants son frare qui es en Xipre. Et puys senyor vos ho els vostres. Item fas saber senyor que digous can lo cors entra a Perpenya que fo gran bregua entrels homens dels casteis et del loch de Perpenya. Per ço cor era ordonat quels hómens dels castels portassen lo cors entro prop una creu qui es prop lintrada de Perpinya et quels homens de Perpenya lo reelfessem aqui e axi los homens de Perpenya constestaren hi dixeren que non farien res et qui donaren se moltes pedrades sobrel cors. E axi vench En Jaume Escuder qui dix als prohomens de Perpenya que axi era hordonat per lo consel els prohomens els homens de Perpenya dixeren que non farien res que tant havien ha ordonnat que Deu el setgle ne valia menys et que vuy mes lordonar venia a els et forçádament mes erensen lo cors et cridaren que tot hom de paratge muris et tot hom quels ho vedas et foren si fetes moltes nafres axi que si En P. de Fonoylet nos desas et no sen anas quel pesseyaren tot. Perque senyor lo dit avalotament et bregua no tonch de a mi que jo havia la febra et eramen entrat primer ans quel cors. E con fuy dins lo loch de Perpenya homens de Perpenya vengeren ab armes contra mi cridan muyre lo veguer de Barchinona qui es per lo Rey Darago et cercaven lauberch hon jo posave axi

que si los homens de Perpenya no aguessen a acorrer a la brega damunt dita que agren sobrel cors totz los homens de Deu nom restauraven que jo en aquel cas e totz çels qui ab mi hi eren ne fossen pessexats mas empero segons que entes la valot feeren homens vils. Item fas saber senyor que deuen venir embaxadors de Perpenya. Totz los castels an establitz et tenen En Jaume fill den Ferrando dins lo castel de Perpenya et noy jaquiren nul hom entrar et an laltre per Senyor et fan les crides de part del axi con a Rey de Majorches. En Nicholau Sant Just nescriu an Not de Monchada et an P. March quius en dira tota la veritat. Et axi perdonatz me senyor com no vag a vos que la febra he et he hauda tota hora de puixs que parti de vos. Escrita en Gerona diluus apres la festa de Sancta Maria de septembre.

Al molt alt e molt poderos senyor lo senyor En Jacme per la gracia de Deu Rey Darago.

Regestum Sigilli Secreti 6. Petri III Pars I. N. 1117.

Folio 1. v.

En Pere etc. Al feel scriv asecretari nostre En Ramon Sicard. Salut etc. Manam vos espresament que dels diners del dret del nostre segell que havets reebuts o reebrets decontinent comprets una tenda a obs de vos

et del offfci vostre del dit sagell secret a la execucio que fem contral Rey de Mallorca et sa terra. E aço no mudets car nos per la present manam al maestre racional de la nostra cort o equalsevol altre qui de vos reebra compte del dret del dit segell secret que ço que la dita tenda costera vos reeba en compta vos a ell com comptarets restituent la present ab apocha. Dada en Barchinona sots nostre etc. a X dies de març anno Domini MCCCXLII.

Folio II. v.

Petrus etc. Fidelibus nostris procuratoribus scriptoribus adelantatis probis hominibus et universitatibus aldearum Calatejubi et Daroce. Salutem etc. Jam scitis qualiter nos pridem ordinaverimus ut incontinenti ad scribendum et deinde colligendum in aldeis predictis monetaticum nobis pertinens non obstante quod colligi habeat in primo instanti festo Sancti Michaelis mensis septembris et postmodum ad vestri suplicationem providimus supersederi in scribendo et colligendo monetaticum ipsum usque ad festum pretactum. Verum quia nos pro passagio quod in proximo mense aprilis facere intendimus Deo duce ad regnum Majorice non nullas et varias peccunie summas necessarias habemus. Ea propter fidelitatem vestram quam semper novimus ad nostri servicia fore promptam rogamus ex corde quatenus honori nostri et considerato

tam signanti et arduo negotio quod coronam nostram non modicum tangere dinoscitur velitis libenter consentire quod monetaticum dictum ilico scribatur et continue colligatur in aldeis predictis per Petrum Gilberti vicinum Daroce ad hoc per nos spetialiter deputatum in hoc enim signatum et maximum nobis facietis servitium et suis loco et tempore et ad memoriam reducemus. Alias dictum passagium differre haberemus quod nobis nec immerito displiciter et corona nostra hac detenta pateretur maximum detrimentum. Datum Barchinone sub nostro etc. IX kalendas aprilis anno Domini MCCCXLII. Bernardus Turulli mandato Regis facto per thesaurarium.

Folio II. v.

El Rey Daragon.

Mandamos vos que nos adugays dieç maças o ferres de Domas e capellina bona e gorgera e faldas e mangas e çapatos de malla las mellores quey sean sindi ha dacer e cuyraces con frantiças que havemos menester pora nuestro cuerpo. Dada en Barchinona dyuso nostro siello etc. a VII dias de março en el anyo de nuestro Senyor MCCCXLII. Raimundus Sicardi mandato domini Regis.

Al amado armero nuestro D. Novales.

Folio II. v.

De part del Rey Darago.

Havem reebuda vostra letra a la qual be entesa vos responem que per haver bastament de viandes e altres apparellaments necessaris havem elongat de recollir nos en lo viatge que Deu volen entenem affer a la Illa de Mallorca per fer execucio contral Rey de Mallorca vassal nostre et a nos rebel tro al XXV dia de abril primervinent. Per ço volem cus manam espressament quel dit dia siats en la ciutat de Barchinona apparellat de recollir ab nos ab aquella companya de homens a cavall que devets venir per la alta Reyna dona Elionor segons que aquella daço havem scrit. E aço en nenguna manera no mudets ni allarguets. Data en Barchinona sots nostre etc. XVII dies anats del mes de març del any MCCCXVII. A. Vicecanceller.

G. de Moraria mandato Regis facta per Vicecancellarium.

Folio III.

Petrus etc. Fidelibus suis Paciariis et probis homi-

nibus locorum de Almaciliis et de Gimenellis salutem et gratiam. Non credimus a vostri memoria exadisse qualiter inter dilectum consiliarium et thesaurarium nostrum Bernardum de Ulzinellis legum doctorem nostro nomine ex parte una et vos ex altera fuit actum et comprehensum in pacto per vosque dicto nostro tesaurario nostro nomine promissum quod vos faceretis venditionem seu venditiones Jacobo Amilii et Petro Mercaderii civibus Illerde et suis ad in perpetuum sub instrumento tamen gracie de tribus mille solidis Barchinone censualibus pro pretio triginta sex mille solidis dicte monete videlicet vos probi homines de Almaciliis de duobus mille solidis et vos probi homines de Gimenellis de mille solidis quarumquidem venditionum pretia nos debemus recipere et habere in subsidium diversarum expensarum quas ratione exssequtionis quas facimus et viriliter prosequi intendimus Deo propitio contra Majorice Regem vassallum nostrum nobis rebellem facere nos oportet facta tamem per nos vobis securitate idonea de servando vos indempnes super venditionibus jamdictis. Sic quod dictos III mille solidos censuales asignamus vobis super redditibus civitatis Illerde per vos habendos et recipiendos anno quolibet quamdiu vendicio duraverit su. pradicta taliter quod de dicto censuali nichil solvere habeatis cumque attenta brevitate temporis infra quod nos debemus nostrum viagium arripere versus partes Majorice omnino expediant venditionem fieri supradictam ad quam faciendam jam procedere debuissetis de ejus retardatione plurimum admiratur quia sic in pre-

missis tepide et negligenter vos habuistis et habetis. Quocirca vobis dicimus et districte ac de certa scientia precipiendo mandamus sub pena corporum et bonorum et sub fidelitate quam nobis teneamini et astricti estis quatenus ad faciendum et perficiendum dictam venditionem seu venditiones predictis Jacobo Amilii et Petro Mercaderii prout et eo modo quo fieri debet cum instrumentis obligationibus tertiorum et aliis omnibus ad id necessariis prout in similibus est fieri asuetum sic festine celeriter procedant quod per totam septimanam ad longius dicta venditio seu venditiones omnimode sint perfecte alias quia vestri culpa et mora dictum viagium haberemus quodamodo differre quod absit vos tamque turbatores nostri fellicis propositi et contemptores nostri honoris sic forciter puniremus pro vobis et posteritati vestre cederet ad memoriam sempiternam. Et ut noscatis predicta nobis magis cordi existere presentem literam sigillo nostro secreto mandamus sigillari. Datum Barchinone pridie kalendas aprilis anno Domini MCCCXL tertio. A. Vicecancellarius.

Jacobus Conesa mandato Regis facto per thesaurarium.

III.

Petrus etc. Dilecto nostro vicario Illerde vel ejus locum tenenti. Salutem etc. Ecce quod nos scribimus

paciariis et probis hominibus locorum de Almacellis et de Gimenellis per nostram litteram sub hac forma. Petrus etc. inseratur totus tenor littere preinserte. Quare si forssan contingat predictas universitates fore necligentes in faciendo perficiendo venditiones predictas vobis dicimus firmiter et mandamus quatenus ipsas universitates et singulares ex eis compellatis et distringatis forciter et districte per captiones personarum distractiones bonorum suorum et clausuras furnorum et aliis viis et modis quibus poteritis donec venditionis predicte videlicet instrumenta obligationes tertiorum et alia quacumque ad id necessaria omnimode sint perfecta nullam super hoc dilationem vel moram interponendo nec eisdem universitatibus vel singularibus ex eis blandimentum aliquod faciendo si nostrum honorem earum geritis et nobis placere cupitis et servire alias culpe et necligentie vestre merito ascribetur. Datum Barchinone sub sigillo nostro secreto pridie kalendas aprilis anno Domini Millesimo CCCXL tertio. A. Vicecancellarius.

Jacobus Conesa mandato Regis facto per thesaurarium.

III. v.

Petrus etc. Fidelibus suis Jacobo Amilii et Petro Mercaderii civibus Illerde. Salutem etc. Ecce quod nos scribimus et mandamus per nostram litteram datam

ut super universitatibus de Almacellis et de Gimenellis ut in continenti celeriter procedant ad faciendum venditiones quas vobis facere tenentur de tribus mille solidis Barchinone censualibus pretio triginta sex mille solidos dicte monete juxta conventiones inter nostrum thesaurarium nostro nomine et vos et dictas universitates unitas cumque attenta brevitate temporis infra quod nos debemus nostrum viagium arripere Deo propicio pro exequtione facienda contra Majorice Regem ad opus ejus viagii nos dictum precium recipere habemus servando inde indempnes universitates predictas omnino expediat celeriter venditiones perfici supradictas. Ideo vobis dicimus et mandamus firmiter et expresse quatenus pro expeditione premissorum detis quantum magis poteritis locum et operam quod dicte venditiones per totam septimanam presentem omnimo de compleantur et perficiantur faciendo dictis universitatibus recognitionem quod ipse universitates non teneantur vobis in aliquo vigore venditionum predictarum vel obligationum inde sequtarum donec nos ipsis universitatibus assecuraverimus idonee super redditibus nostris civitatis Illerde ipsas servare indempnes et inmunes super venditionibus antedictis. Nos enim intendimus et volumus vobisque concedimus cum presenti quod non teneamini solvere pretium vel pretia dictarum venditionum donec vos habueritis omnia instrumenta et obligationes necessarias ad perfectionem venditionum predictarum. Et donec dicte universitates a nobis cautionem habuerint supradictam. Datum Barchinone sub nostro sigillo secreto pridie kalendas apri-

lis anno Domini MCCCXL tertio. A Vicecancellarius.
Jacobus Conesa mandato Regis facto per thesaurarium.

V.

Nos Petrus etc.- Attendentes vos dilectum consiliarium nostrum Blasium Dayssa debere nobis servitium facere cum certis equis armatis in felici passagio quod ad insulam et civitatem Majorice facere proponimus de presenti ratione processus quem exhigente justicie facimus contra Regem Majorice vassallum nostrum nobisque rebellem ab quod nos opportet subire non modica onera expensarum. Ideo in auxilio earundem expensarum tenore presentis damus et concedimus vobis dicto Blasio quatuor mille solidos Barchinone per vos habendos et recipiendos ex demandis quas de mandato nostro facitis in regno Aragonum concedentes vobis quod ex dictis demandis seu de alia quacunque peccunia nostre curie pertinente ad manus vestras quomodolibet proventuram quantitatem predictam vobis retinere possitis. Mandantes magistro rationali curie nostre aut alii cuicumque a vobis compotum audituro quod vobis exhibente eidem litteram presentem quantitatem ipsam in nostro computo recipiat et admitat. Datum Barchinone sub nostro sigillo secreto tertio nonas aprilis anno Domini MCCCXL tertio. Rex Petrus.

Franciscus de Prohomen mandato Regis facto per Michaelem Petri Ca consiliarium.

IV r.

Petrus etc. Dilecto notario nostro sigillaque nostra tenenti Egidio Petri de Buysan Salutem etc. Cum nos dilecto consiliario et vicecancellario nostro Arnaldo de Moraria ad oppus unius tentorii quo indiget ratione viatgii quod Deo propicio facere de proximo intendimus apud insulam Majorice et pro regimine sui officii sexcentos solidos Barchinone concesserimus cum presenti. Idcirco vobis dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus de pecunia dictorum jurium sigillorum tribuatis et exssolvatis jam dicto Arnaldo de Moraria vel cui voluerit loco sui sexcentos solidos antedictos quibus eidem solutis recuperetis presentem penes vos loco apocha retinenda. Nos enim mandamus hujus serie magistro rationali curie nostre vel cuicumque alii a vobis compotum recepturo quod dictos sexcentos solidos in compoto vestro recipiat ordinatione quacumque in contrarium per nos facta in aliquo non obstante vobis eidem tempore vestri ratiocinii restituente ad curie nostre cautellam. Datum Barchinone sub nostro sigillo secreto tertio nonas aprilis anno Domini Millesimo CCCXL tertio. A. Vicecancellarius.

Raimundus Siscardi mandato Domini Regis.

V v.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone. Nobili et dilecto nostro Luppo de Luna domino civitatis Sugurbii Salutem etc. Cum in auxilium expensarum per nobilem et dilectum vexilliferum nostrum Blasium de Alagone fiendarum ratione viagii quod nobiscum et in servitium nostri facere debet adversus civitatem et insulam Majorice ad quam nos potenter conferre intendimus Deo duce ratione processus quem contra Regem Majorice vassallum nostrum nobisque rebellem facimus justicia exhigente decem mille solidos Barchinonenses dicto nobili cum presenti duxerimus concedendos habendos et percipiendos per eum ex denariis quas vos dictus nobilis nobis tenemini dare et solvere de pretio et valore locorum de Luna de Castellario et de Fontibus de quibus vobis fecimus venditionem. Proptorea volumus ac vobis mandamus quatenus dicto nobili Blasio seu cui voluerit loco sui detis et exsolvatis dictos decem mille solidos et facta solutione presente recipiatis cum apocha de soluto. Quoniam nos mandamus magistro rationali et tesaurario nostris aut alteri corundem quod quantitatem ipsam in deductionem dicti precii vobis in computo recipiant et admittant vobis tamen exhibentem presentem apocham antedictam. Datum Barchinone sub sigillo nostro secreto sexto

kalendas madii anno Domini Millessimo CCCXL tertio. Rex Petrus.

Franciscus de Prohomen mandato domini Regis et sigillavit per eum.

VI. v.

Lo Rey Darago.

Havem reebuda vostra letra e havem haut gran plaer com sabem que sots vengut aqui a Mallorca e com hajam cert ardit segons quel almiral nostre nos scriu pus largament quel Rey de Mallorca sen passa oy vol passar manam vos que vogiats la Illa e dampnifiquets aytant com puxats les gents del dit Rey et façats vostre poder quel dit Rey pogues venir en vostres mans. E siats aci sens tota falla Deu volent lo XX dia del present mes dabril. Data en Barchinona sots nostre etc. a IIII dies del dit mes del any MCCCXLIII.

Raimundus Sicardi mandato domini Regis. Fuit missa Matheo Mercerii viceammirato.

VII.

En Pere etc. Al honrat e religios frare Pere de Tous maestre de la cavalleria de Sancta Maria de Muntesa..

Salut etc. Fem vos saber que nos al pus tost que podem fem cuytar nostre passatge per tal com havem haut novellament cert ardit quel Rey de Mallorca fa ab altres gents gran pertret per mar a embargar nostra armada per la qual cosa entenem que aquell qui primer sera poderos en la mar sen ho portara e en aço seria gran perill a nos si per defalliment de moneda haviem a tardar e com ja nos el infant En Jaeme car frare nostre hagam fermades et jurades les cartes les quals vos deviem fer sobre los afers entre nos e vos empreses e sien ja signades axi que no cal sino registrar e bollar e com aço nos puxa axi ivaçosament esplegar com les cartes sien molt grans majorment com lo sagell del dit frare nostre no sia en Barchinona pregam vos axi affectuosament com podem que esguardan la gran necessitat e cuyta nostra la moneda la qual a nos dar devets nos trametats demantinent a Barchinona e nos si vos ho volets pagarem ço que costara daportar la quàl moneda a seguretat nostra plau a nos que estia per vos tro que hajats compliment haut de les dites cartes e de ço que a fer nos hajam e en aço us pregam que no haja nenguna triga si james nos devets fer plaer né servey. Sabeu per cert queus en farets tan gran et tan senyalat plaer com si del vostre nos ho davets. Dada en Barchinona sots nostre etc. a XIIII dies del mes dabril del any MCCCXLIII.

Bernardus de Vallo mandato Regis facto per thesaurarium.

VII. v.

De nos En P. etc. Al amat visalmiral nostre En Jacme Scriva. Salut etc. Manam vos espresament que encontinent façats aparellar totes barques e altres vexells qui sien en la plaja de Valencia e que sien abtes a levar cavalls e que façats fer plasses a obs dels dits cavalls e vexellam en que puxen levar los dits vexells aygua a I mes. E apparellats los dits vexells segons que dit es trametats los encontinent a Barchinona axi que lo XX dia del present mes sien en la plaja de Barchinona sens falla. E trametem vos la sedula de les barques e vexells qui son en Valencia sagellada ab segel de nostre tresorer. Nos empero havem ordonat que als patrons de les dites barques e vexells sia pagat la meytat del nolit de dos meses ço es a raho de II solidos reals per cascun mes. E per les plasses dels cavalls a raho de VI solidos per cascun cavall e lo nostre tresorer per letra sua escriu an P. dez Bosch qui es en Valencia que segons certificacio vostra pach les quantitats desus dites. Dada en Barchinona sots nostre etc. a III dies del mes dabril anno Domini MCCCXL tertio.

Bernardus Turelli mandato Regis facto per thesaurarium.

VIII.

En Pere etc. Als amats et feels nostres los administradors de la almoyna de la armada del Regne de Valencia et an Jacme Scriva visalmirayl nostre. Salut etc. Jaus havem scrit con havem assignat dia a recullirnos en la ciutat de Barchinona per anar a Mallorca ab nostre estol Deu volent lo XXV dia dabril primer vinent. Per queus manam espressament que sens tota falla si nostra honor desijats hajats açi en Barchinona les dites galees be apparellades V o VI dies abans del dit terme a tot lo pus luny. En altra manera nos fariem açi messio gran debades et perdriem lo temps a gran colpa vostra. E en aço allongament ni triga no metats si el viatge nos entenats a torbar. E no estiats per venir car lalmirayl nos escriu que ell nos hi dara recapte açi. Dada en Barchinona sots nostre etc. a XXVI dies de març en lany de MCCCXLIII.

Raimundus Sicardi mandato domini Regis.

VIII.

En Pere etc. Al feel visalmirayl nostre En Jacme Escriva. Salut etc. Manam vos espresament que decontinent nos certifiquets per vostra letra los vexells

aptes per portar cavalls quan seran espeegats et entro a qual nombre de cavalls poran levar. Encaraus manam quels dits vexells noliegets et nolits a aquells tatxets e a XX dies del mes dabril sien açi ab les places fetes et ab botam a levar aygua a I mes et ab compliment destanques. Et certificat los patrons dels vexells que decontinent que sien aci los sera pagat lo nolit es assaber de II meses qui començaran lo dia que ells partiran de la plasa de Valencia a rao de II tarins per cascuna sauma segons lo port de que seran. Et volem que tots los homens de peu qui son assoldejats nostres sien levats franchs de nolits et quels sia donada aygua et pa. Et si los homens de cavall hi volran metre companyes o robes sials levat francament. Dada en Barchinona sots nostre etc· a XXVI dies de març en lany de MCCCXLIII.

Idem.

VIII.

Lo Rey Darago.

Havem reebudes vostres letres sobre aço que havets entes quel Rey de Mallorca fa ajust. Les quals letres be enteses manam vos espressament que nosaltres et encara tots los altres qui solen estar a Camprodon hi anets els altres qui solen estar a Figueres que si romanguen. Et aço no mudets. Dada en Barchinona sots

nostre etc. a XXVI de març en lany de MCCCXLIII.
Raimundus Sicardi mandato domini Regis.
Foit missa G. de Bellera et Poncio de Castlario.

X.

El Rey de Aragon.

Den Pedro sepades que los richos homes et cavaileros que deven con nos pasar en el viage son venidos grant partida et vienen cadadia porque queremos et vos rogamos que vista la present vengades con aquellos cavalleros que venir devedes en otra manera si muyto tardavades hauriamos nos a recollir et non vos podriamos esperar. Dada en Barchinona jus nostro siello secreto a XXVII dias de abril del anno MCCCXL tercio.

F. de Prohomen mandato Regis facto per majordomum.

XIII.

Lo Rey Darago.

Be creem queus membra com fo per nos ordenat que portasseu XII espaes guarnides dargent. Ara com nos demanam al noble et amat majordom et conseller

nostre En Galceran de Bellpuig si tenia les dites espaes dix que no per ço com vos no li liuras diners ab ques faessen fer. Per queus manam espressament que comprets et façats guarnir decontinent VI o VIII espaes guarnides de seda ab argent et hajam ab savaters et en altra guisa be apparellades. Item nos trametrets unes robes de drap de xalo blau clar ab penes vayres et una peça descarlata vermella el altra peça descarlata morada et altra peça de mesclat de Bruxelles e XII penes vayres les quals volem per a cavallers que entenem a fer en lo viatge. Et encara dar a missatgers sin venien de la ciutat de Mallorca. E tot aço nos trametets seus tota falla com pus tost et pus ivaçosament puscats per persona certa car si nou haviem cauriemne en falta et en vergonya et desplaurians molt. Dada en lestol nostre enla plaja de Castell de Fels sots nostre etc. a XVIII dies de maig en lany de MCCCXL tres.

R. Sicardi mandato domini Regis.

Fuit missa thesaurario.

XIII.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum.

Ad humilis supplicationis instantiam nobis factam per religiosos fratres Nicolaum de Sobirats et Jacobum Paschalis de ordine fratrum predicatorum nuntios pro

parte vestri juratorum et proborum hominum Majorice nobis noviter cum certi tenoris literis destinatos. Tenore presentis guidamus et assecuramus nuntios ex vobis et pro parte vestri juratorum et proborum hominum predictorum nobis de proximo destinandos cum suis comitivis et rebus ac arnesiis eorundem. Ita quod possint ad presentiam nostram venire et in nostro felici exercitu esse ac inde redire salve pariter et secure. Per hujusmodi vero guidaticum nolumus nec intendimus juri nostro nec processui seu processibus quos fecimus et facimus super apprehensione reali regni Majorice et insularum ei adjacentium vel alias aut super anotatione ejusdem perjuditium aliquid generari quinimo dicti processus aut quivis alii per nos facti vel faciendi et civitatem regnum et insulas predictas et loca eorum ac bona degentium in eisdem occasione guidatici hujusmodi vel aliquorum contentorum in eo nequamquam ledi suspendi impediri quomodolibet valeat vel diferri. Set semper in sua remaneat firmitate dicto guidatico non obstante. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo secreto munitam. Datum in castris apud locum de Pegaria regni Majorice VII kalendas junii anno Domini MCCCXLIII.

Raimundus Sicardi mandato domini Regis.

XIII v.

Rex Aragonum.

Vidimus nuntios vestros nobis admirationis materiam quam occasione adventus et agressionis quam contra Majorice regnum facimus habere pretenditis exponentes. Signiffcantes vobis quod ob diffusionem causarum dicti nostri adventus vobis ipsas causas intimare omisimus cum presenti sed inde quandam informàtionem in scriptis vobis sub sigilli nostri munimine per dictos nuntios providimus destinandam ut de causis ipsis vobis uberius patefiat. Datum in Castris apud locum Sancte Poncie regni Majorice sub nostro etc. VI kalendas juuii anno Domini MCCCXLIII
A. Viceeancellarius.

Raimundus Sicardi mandato domini Regis.

Juratis et probis hominibus Majorice.

XIV.

Lo Rey Darago.

Manam vos espressament que decontinent vista la present tregats de penyora e nos trametats la corona

el pom ab lo rubiç et la sella de la nostra coronacio per En Sanxo de Marcus de la nostra cambra lo qual vos trametem per aquesta rao. Et aço no mudets per neguna manera. Car nos entenem fer aci festa sollempnialment de nostra coronacio. Dada en la ciutat de Mallorca sots nostre etc. lo primer dia de juny en lany de MCCCXLIII.

Idem.

Fuit missa thesaurario.

XIV.

Lo Rey Darago.

Fem vos saber que nos havem final acort que pertescam daçi ivaçosament et prengam la colla vers les parts de Rossello car cert es a nos que si nos ara açi podem haver compliment a XII o XIII milia lliures et quecus cuytem de passar en Rossello tota la terra es nostra et sius minueva ara la dita quantitat ne passavem a Barchinona ja mes no seriem en aytal partit car açi havem molta bona gent Darago et daltres parts et han perduts molts cavalls et per esensa de les estimes que nols serien de present pagades et altres escuses que pendrien tendrien lur via et no seria depuys leuger dajustar tanta bona gent. Et axi en tot cas del mon hajats tantost les VI millia lliures del comte de Terranova et daltra part don se vulla a compliment

de la dessusdita quantitat o a tot lo menys a compliment de X mille lliures les quals nos enviat cuytosament car siu fets tots nostres afers son a punt dacabar sino van a gran ventura. Et axi ara veurem la affeccio que havets a la nostra honor. Dada en Mallorca sots nostre etc. a XII dies de juny en lany de M CCCXLIII.

Raimundus Sicardi mandato domini Regis.

Fuit missa Bernardo de Ultzinellis thesaurario.

XIV v.

Lo Rey Darago.

Molt car frare. Fem vos saber que som sans et alegres la qual cosa desijam saber de vos et per ço com tenim poderosament tot lo regne de Mallorca et les illes entenem no sieh a espeegar Deu volent en breu. Et fer la via tot dret de Rossello. Per queus pregam quens signifiquets vos si sots entrat en Rossello e si hi entenets a entrar et quan et quanta gent havets de cavall et de peu. Et en Rossello si hi ha gents darmes estranyes et quants homens a cavall hi ha car nos enantarem segons los ardits que haurem de nos e encara tots los ardits de la terra. Dada en Mallorca sots nostre segell etc. a XIII dies de juny en lany de M CCCXLIII.

Raimundus Sicardi mandato domini Regis.
Fuit missa inclito infanti Jacobo.

XIV v.

Petrus etc. Fidelibus nostris procuratoribus redditnum et jurium regnorum regni Majorice nec non collectori seu collectoribus monetatici dicti Regis in proxime colligendi presentibus et qui pro tempore fuerint. Salutem etc. Quia per fidelem nostrum G. Adalberti burgensem Perpiniani fuit nobis humiliter supplicatum ut cum per inclitum Jacobum de Majoricis lapsis temporibus super dicto monetatico assignatio seu assignationes facte fuissent de quibusdam magnis peccunnie quantitatibus in dictis assignatione seu assignationibus expressatis quantitates easdem juxta continentiam litterarum assignationum predictarum de benignitate solita exsolvi facere dignaremur. Ideo vobis et singulis vestrum dicimus et mandamus quatenus de quacumque pecunia que est vel erit penes vos ex monetatico supradicto tribuatis et solvatis dicto G. vel cui voluerit loco sin quantitates contentas in assignationibus memoratis vel id quod ex ipsis restare repereritis ad solvendum recuperando de solutionibus apocham ad cautelam et in finali assignationes ipsas et quascumque alias cautelas ad ea necessarias in presentem. Nos enim mandamus cum presenti magistro rationali curie nostre sui cuivis alii inde computum

recepturo quod quicquid solveritis ex hac causa id recipiat in nostro computo vobis sibi restituente dictam apocham assignationes et alias dictas cautelas cum presenti. Datum in civitate Majorice sub nostro sigillo etc. XV kalendas julii anno Domini MCCCXLIII.

Franciscus Fuxi mandato Regis facto per Do. infantem P.

Fuit facta consimilis littera de verbo ad verbum pro G. de Codaleto mercatore Perpiniaui.

Idem.

XVII.

Petrus etc. Aljame judeorum civitatis Gerundc. Gratiam suam. Cum ratione executionis justicie quam facimus et viriliter prosequi intendimus concedente domino contra inclitum Jacobum de Majorica et terras Rossilionis et Ceritanie ac gentes suas sibi adherentes pecuniam summe necessariam habeamus et propterea a vobis sicut ab aliis judeis terre nostre aliquod extraordinarium subsidium habere velimus. Idcirco vobis dicimus et mandamus firmiter et districte sub pena quingentorum morabatinorum auri nostro applicandorum erario quatenus visis presentibus constituatis ex vobis unum vel duos sindicos plenum posse habentes qui in civitate Barchinone pro predictis nostri couspectui vel nostri thesaurarii nobis inde absentibus se presentent infra sex dies a presentatione presentium in antea subsequentes. Et super hoc nullam excusationem di-

fugium vel dilationem interponatis si iram et indignationem nostram et dictam penam cupitis evitare. Datum Barchinone sub nostro etc. kalendas julii anno Domini MCCCXLIII. Sigillavit.

Jacobus Conesa mandato Regis facto per thesaurarium.

Similes.

Aljame judeorum Ilerde.
Aljame judeorum Cervarie.
Aljame judeorum Minorisse.
Aljame judeorum Montisalbi.
Aljame judeorum Bisulduni.
Aljame judeorum Tarrage.
Aljame judeorum civitatis et campi Terracone.
Aljame judeorum Barchinone.
Aljame judeorum Villefranche.

Idem.

XVII.

Petrus etc. Dilecto nostro vicario Barchinone et Vallensis vel ejus locum tenenti. Salutem etc. Cum nos pro execucione justicie quam justis de causis fecimus et facere continuamus contra inclitum Jacobum de Majoricis nobis rebellem et terras quas pro nobis te-

net in feudum et gentes suas ei adherentes ad partes comitatuum Rossilionis et Ceritanie pro apprehendendo et realiter emparando ipsos comitatus et alias terras predictas personaliter accedere intendamus. Idcirco vobis sub pena amissionis officii cum periculum sit in mora dicimus et mandamus quatenus cum exercitibus vicarie nobis comisse sitis XV die mensis julii in civitate Gerunde ubi personaliter erimus Deo duce alias imputabitur culpe vestre et de tanta transgressione vos atrociter puniemus. Datum Barchinone sub sigillo nostro etc. II kalendas julii anno Domini MCCCXLIII. Sigillavit.

B. de Vallo mandato Regis facto per thesaurarium.

Similes.

Vicarie Ilerde et Pallaris.
Vicarie Villefranche Penitentium.
Vicarie Cervarie.
Vicarie Bagiarum.
Vicarie Terragone et Campi.
Vicarie Gerunde et Bisulduni.
Vicarie Ausone Vici etc.
Vicarie Tarrage.
Vicarie Montisalbi.

XVII.

Petrus etc. Fidelibus suis juratis probis hominibus

et universitati civitatis Minorise ac quibuscumque aliis degentibus infra vicariam Bagiarum Bergo et Berguitani. Salutem etc. Cum nos pro executione justicie quam justis de causis fecimus et facere continuamus contra inclitum Jacobum de Majorica nobis rebellem et terras quas pro nobis tenet in feudum et gentes suas ei adherentes ad partes comitatuum Rossilionis et Ceritanie pro aprendendo et realiter emparando ipsos comitatus et alias terras predictas personaliter accedere intendamus. Ideirco vobis dicimus et mandamus quatenus sitis nobiscum cum equis armis et aliis apparatibus ac parati ad IIII menses XV die mensis julii in civitate Gerunde ubi personaliter erimus Deo duce. Et hoc non mutetis seu aliqualiter differatis alias cum periculum sit in mora vos de tanta inobedientia puniremus. Datum Barchinone sub nostro etc. II kalendas julii anno Domini Millesimo CCCXLIIII Sigillavit.

Bertrandus de Vallo mandato Regis facto per thesaurarium.

Similes.

Fidelibus suis Consiliariis juratis et probis hominibus et universitati civitatis Vici ac quibuscumque aliis degentibus infra vicariam Ausone Vici etc.

Villefranche Penitentium.
Montis albi.
Cervarie.
Gerunde et Bisulduni verbis competenter mutatis.
Ilerde.
Tarrage.
Terracone et Campi.
Sancti Petri de Auro.
Barchinone.

XVIII v.

Al muy noble et muy honrado don Alfonso por la gracia de Dios Rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallicia de Sevilia de Cordova de Murcia de Jahen del Algarve et Senyor de Molina. Don Pedro por exa misma gracia Rey Daragon de Valencia de Mallorcas de Sardenya de Corsega e conde de Barchinona. Salut como a Rey que tenemos en lugar de hermano que muyto amamos et preciamos et por aquien querriamos tanta vida et salut como por a nos mismo. Recibiemos vuestras cartas que nos embiastes por Pero Gonçalves clerigo vuestro tresorero de Cartagena vestro mandadero en que nos rogastes que vos embiasemos de las galeas que tenemos por la execucion que femos contra al que fue Rey de Mallorcas. Et maguera la dita execucion non sea acabada antes hayamos agora muy gran menester nuestro navilio et nuestras gentes darmas mas que al comienço por dar compli-

miento a la dita execucion segunt pertenece a la nuestra honra specialment que somos cierto que el dito que fue Rey faze plega de galeas contra nos. Pero queriendo complir al servicio de Dios et honrar a vos et seguir vuestro plazer como de hermano no catando que es a nos periglo de minguar nuestro navilio en el caso de agora enbiamos vos por Jayme Scrivan visalmirayl nuestro diez galeas de las que tenemos aqui bien apparelladas et sabe Dios quo si agora de mas vos podiessemos acorrer que lo fariamos muy de grado por lo que dito es. Dada en Barchinona diuso nuestro siello secreto el primero dia de julio en el anyo de nuestro Senyor MCCCXLIII.

Raimundus Sicardi mandato Regis facto per Joannem Ferdinandi Munionis legum doctorem consiliarium.

Similis fuit facta pro Roderico Martini de camera sua.

XVIII v.

Petrus etc. inclito Inflanti Jacobo comiti Urgelli e vicecomiti Agerensi karissimo fratri et generali procuratori nostro. Salutem etc. Cum nos noviter convocaverimus exercitus universitatum civitatum villarum aliorum et locorum Cathalonie ratione exequtionis justicie quam facimus contra inclitum Jacobum de Majoricis terras suas et gentes ei adherentes ut XV die

presentis mensis julii sint nobiscum hac de causa in civitate Gerunde. Ideo volumus et pro bono habemus ac vobis dicimus quatinus in convocando et compellendo homines civitatum villarum et aliorum locorum ecclesie nobilium et militum supersedeatis et supersedere etiam faciatis. Et si qua pignora ratione predicta sunt hominibus supradictis ea indilate restitui faciatis. Et super hoc vicariis bajulis ceterisque officialibus nostris vestras literas dirigi protinus faciatis. Datum Borchinone sub nostro etc. tertio nonas julii anno Domini MCCCXL tertio. Sigillavit.

Bernardus de Torrente ex provisione per procuratorem domini Regis in ejus consilio.

XX.

Nos pensant la gracia que a nostre Senyor ha plagut de fer a nos en comanar nos la ciutat illa et regne de Mallorques no per meriis nostres mes havent pietat dels mals et treballs que sens raho lo poble et gents habitants en lo dit regne sofferien hoc encara esguardan la lealtat et bondat et noblea dells regonexens totes aquestes coses mogut de pietat et giran la cara vers ells axi com bo et benigne princep deu fer vers son bon et leal poble et com nos sapiam de cert et sens dupte que les dites gens sien vers nos bons et leals et per la lur bondat et lealtat sien dignes daver honor et gracia de nos. Per ço a vos manam si la

nostra gracia et amor volets que vos comportets et regiscats ab justicia et ab benignitat les dites gens en tal manera que senten lo bon regiment que per la misericordia de Deu es estat en la nostra casa real et sera en nos. Scrita de nostra ma en Barchinona a IX dies de juliol en lany de MCCCXLIII.

Al governador de Mallorca.

XX v

En Pere etc. Als feels En Bertran Roig et En Bn. Çamorera procuradors nostres de les rendes drets et esdeveniments del regne de Mallorca. Salut etc. Havem reebuda vostra letra et entes ço que en aquella es contengut vos responem que volem ens plau eus manam que si En P. de Crexell lo qual fo deputat per vosaltres a reebre los blats et loli qui provenen de les nostres rendes es sufficient et ha assegurat covinentment segons la condicio del offici que aquell pesador romanga en lo dit offici no contrastant alcuna comissio o comissions per nos a altre o a altres feytes les quals revocam. Manam vos encara que si lo pesador et encara tots altres officials de aministracio de nostres rendes son insufficients que aquell et aquells remogats dels dits officis per auctoritat nostra metentni altres et proveit ne a tals persones per les quals nostres drets et rendes sien be et degudament administrades no contrastant comissio o comissions per nos a ells fe-

ta o feytes com no sia entencio nostra haver prevebit dels dits officis o dalgun daquells en minva o dampnatge de nostres fendes et regalies ne que nos hajam atorgat a alcu alcun offici qui no sia acostumat de esser ne de novell sia atrobat. Dada en Barchinona sots nostre etc. a V dies del mes de juliol en lany de nostre Senyor MCCCXLIII. Sigillavit.

G. de Moraria mandato Regis facto per thesaurarium qui eam vidit et legit.

XXIII v.

En Pere etc. Als fels sens jurats et prohomens et universitat de la ciutat de Manresa et a tots los habitants en la vegueria de Bages. Salut etc. Jaus havem manat per altres letres nostres que ab cavalls et ab armes et altres apparellaments et altres apparellaments vostres et pa a IIII meses fossets en la ciutat de Gerona lo XV dia del present mes de juliol on nos serem Deu volent per continuar la exequcio contra aquell qui fo Rey de Mallorques et sos sotsmeses a nos rebells. Et com nos de present nos metam al cami per anar a la dita ciutat de Gerona et proseguir la dita exequcio per ço a vos e a cascun de vosaltres manam fortment et destreta sots pena de cors et de aver que siats lo dit dia en la forma dessus dita ab nos en la ciutat de Gerona car gran perill es en la triga. Da-

da en Barchinona sots etc. a VIII dies de juliol en lany de MCCCXLIII.

R. Sicardi mandato Regis facto per thesaurarium.

Similes infrascriptis.

Als feels seus conseyllers jurats probomens et universitat de la ciutat de Vich et a tots altres estans dins la vegaria de Osona.

De Muntblanch. De Cervera. De Gerona et de Bisuldu. De Vilafrancha. De Terragona et del Camp. De Barchinona.

Paers et prohomens et universitat de Leyda etc.

XXIII v.

En Pere etc. Als feels seus lo veguer et batle de Vilafrancha o a son lochtinent. Salut etc. Manam vos expressament que de tot en tot nos trametats del destrèt de la vegueria et batlia desus dites LX atzembles a obs de portar armes et altres aparellaments ves les parts de Rossello a les quals de present anam ab les osts. E aço no mudets en neguna manera con gran perill sia en la triga. Data en Barchinona sots nostre

etc. a IX de juliol en lany de MCCCXLIII.
Idem.

XXV.

Petrus etc. Fideli suo bajulo ville Apiarie vel ejus locum tenenti. Salutem etc. Dicimus et expresse mandamus vobis quatenus incontinenti visis presentibus mittatis ad civitatem Barchinone octo bonas atzemilas ad opus dilecti consiliarii et vicecancellarii nostri A de Moraria qui habet nobiscum ire in partibus Rossilionis ratione executionis quam facimus contra inclitum Jacobum de Majoricis. Nos enim faciemus illis quorum dicte atzemile fuerint de competenti logerio responderi. Et nichilominus ab exercitu sive hoste et redemptione ipsorum francos ista vice faciemus. Et hoc mutare seu differre nullatenus presumatis si iram et indignationem nostram cupitis evitare. Datum Barchinone sub etc. V idus julii anno Domini MCCCXLIII A Vicecancellarius.

G. de Moraria mandato regis facto per vicecancellarium.

XXVI.

Petrus etc. Attendentes vos dilectum consiliarium

et thesaurarium nostrum Bernardum de Ulzinellis legum doctorem ratione executionis quam fecimus et viriliter continuare intendimus Deo duce contra inclitum Jacobum de Majoricis et comitatus Rossilionis et Ceritanie ac gentes suas qua magna et immensa requirit profluvia expensarum procurare habeo nec non pecunias undecumque. Attendentes etiam vos dictum nostrum thesaurarium dictas pecunias ita citius habere non posse quam per viam manuleute. Idcirco tenore presentium concedimus vobis potestatem plenam et impartimur quod pro parte curie nostre possitis manulevare seu mutuo recipere a quibusvis personis cujuscumque legis seu conditionis existant illas peccunie quantitates que pro felici prosecutione predictorum nobis necesarie fuerint ac prout vobis videbitur faciendum ad illud mocubellum quod nobis videbitur et cum quo ab ipsis personis poteritis convenire. Et quod ab ipsis personis possitis recuperare pro dicto mocubello cautelas et debita eorum que eis per curiam illustrissimorum domini Regis Jacobi avi nostri et domini Regis Alfonsi patris nostri memorie recolende debeantur tam nomine eorum propio quam ratione cessionis quam etiam quacumque alia ratione. Nec non etiam possitis recuperare et ponere in computo vestro quandam apocham in qua P. Ferrarii mercator vicinus Murcie procurator ad hec spetialiter constitutus per Guisabelem uxorem Bartholomei Pedrinyani filiam legitimam et heredem universalem Petri Ruvira adallilli quondam confessus fuit habuisse et re ·pisse a P. Jordani Duraes olim thesaurario nos-

tro duos mille sexaginta unum solidos et septem denarios Barchinone ex illis III milibus centum sexaginta uno solidis et septem denariis dicte monete qui per curiam dicti domini Regis Alfonsi dicto P. Ruvira debebantur cum littera sua prout in dicta apocha qua confecta fuit per Petrum de Podio Ermenali notarium publicum Barchinone II kalendas aprilis anno Domini MCCCXXXVIII seriosius continetur. Non obstante ordinatione seu ordinationibus quibuscumque per nos in contrarium factis. Mandantes harum serie magistro rationali curie nostre seu alii quicumque a vobis computum audito pro vobis sibi restituente tempore vestri ratiotinii ratione premissa cautelas eorum que per curiam dictorum dominorum regum Jacobi et Alfonsi debeantur dictis personis per modum predictum et apocham predictam in nostro recipiat computo et admittat totum quod solveritis hac de causa nullumque dubium aut questionem vobis super premissis faciat ratione quarumvis ordinationum per nos factarum in contrarium quas in predictis obsistere nolumus ullo modo. Datum Barchinone VI idus julii anno Domini MCCCXLIII sub nostro sigillo secreto. Sigillavit.

R. Sicardi mandato domini Regis.

XXVII.

En Pere etc. Al amat nostre lo veguer de Barchinona et de Valles et a son lochtinent. Salut etc. Jaus ha-

